





VE
RI
TAS

LONGI
PASTORALIA.

GRAECE ET LATINE.

GRAECA AD OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM EMENDAVIT, ADNOTATIONES PRIORUM EDITORUM SELECTAS

INEDITAS

R. FR. PH. BRUNCKII, GOD. HENR. SCHAEFERI, FRANC. BOISSONADII

ET SUAS ADIECIT

ERNEST. EDUARD. SEILER.

LIPSIAE 1843
IN LIBRARIA KUEHNIANA.
(T. O. Weigel.)

PRAEFATIO.

Amatoriam, quae nomine Longi Sophistae vulgo inscribitur, fabulam *) quum ante hos tres et quod ex-

*) Nomen scriptoris Pastoralium non magis certum videtur esse quam aetas, qua vixit. Nam quum eius apud nullum Grammaticum aut Lexicographum fiat mentio, ex quo eius cognosci posset nomen, et optimus cod. A. in. exhibeat: *Λόγου ποιμενικῶν περὶ Δάφνιν καὶ Χλόην* et fine *τέλος Λόγου ποιμενικῶν* non abhorret a verisimilitudine Schoellii sententia, (H. L. Gr. t. III. p. 160. Vers. Germ.) ad quam etiam accedit Iacobs. Praef. ad Vers. Germ. p. 6, Longi nomen originem duxisse male lectis et intellectis vv. *λόγου ποιμ.* Favet eorum sententiae etiam illud, quod notavit Stephanus ad Appian. l. IV. c. 14. Hispan. t. III. p. 220. Schw. (quem locum mihi indicavit Schaeferus) „se vidisse duo illius scriptoris (Longi) exemplaria, in quorum uno titulum fuisse unicuique libro *Λόγου ποιμενικῶν*, quum in altero esset *Λόγγου*.“ Facile aliquis posset in eam incidere sententiam, Stephanum librum Monte-Cassinensem vidisse, si non unicuique libro illum titulum praefixum fuisse, et in iis, quae eius modo allatis verbis praecedunt, *quater* ab illius cod. librario *Λόγου* scriptum se reperisse dixisset. In Courerii contra libro bis tantum, initio et fine, *Λόγου* legi enotatum est. Praeterea, quod in transcursu addo, Stephanus se haec *Ποιμενικὰ* editurum esse promittit in eadem adnotatione. Sophistae autem quod ei praeterea nomen addidit primus Iungermanus, id nulla niti auctoritate affirmat Villoisonus Proll. p. III. Neque de tempore quo vixerit quicquam certi potest definiri; quod enim vulgo statuunt Longum scriptorem fuisse seculi IV vel V, id sine idonea causa fieri iure contendit Iacobs. l. l. pag. 6. Hoc tantum certum est, Theodor. Prodromum et Nicetam Eugenianum eum ante oculos habuisse saepiusque imitatos esse,

*

currit annos accuratius legerem et praeter Villoisoni et Schaeferi editiones etiam Romana Courerii editione uterer *), non inutilem ac supervacaneum laborem susceptarum esse eum intellexi, qui omnibus quae iam parata essent subsidiis criticis adiutus ad illam fabulam emendandam se conferret. Quamquam enim, qui inter priores editores optime omnium de Longo sunt meriti, Villoisonum dico et Schaeferum, ille codicibus et aliorum doctorum hominum **) opera adiutus, hic ingenii acumine et doctrina, multis locis emendatiorem exhibuerunt istum libellum, restabant tamen multa eaque inveterata vitia, quae antiquissimorum demum a Courerio collatorum librorum auxilio poterant tolli, quod ne ab eo ipso Courerio ubique esse factum quivis intelliget, qui eius editionem accurate perquisiverit. Illorum autem codicum alter quum solus contineat integram istam fabulam omnesque ante Courerianam editiones omnibus iis, quae hac in editione l. I. c. 13—19. leguntur, carerent et quae post repertum supplementum prodiit editio Passowiana, id ipsum supplementum, quum esset descriptum e vitioso illo et negligentissime excuso apographo, quod scorsim Courerius cum Hieronymi Amati versione Latina edidit, multis erroribus exhibeat inqui-

---

quod ex locis in adnotationibus allatis intelliges. Posteriore loco quem nominavi scriptorem, breviter enarrat nostrae fabulae argumentum l. VI. v. 429 sqq. Quod autem nonnulli etiam Eumathium eum imitatum esse contendunt, id velim, quo iure faciant, demonstrent.

*) Rarissimae huius editionis exemplar, quod ab ipso Courerio dono acceperat Schaeferus, nunc asservatur in Bibliotheca Academica Lipsiensi. Est numero 41. signatum.

**) Huetii, Valckenarii, Wyttenbachii, Hermanni Tollii, Hinlopenii. V. Vill. Proll. p. LXXX.

natum, etiam hanc ob causam non acta acturus esse mihi videbatur is, qui novam huius Erotosophistae pararet editionem. Atque illo iam tempore Longi edendi mihi subnatum est consilium, quod ne exsequerer, fecit, quod Longi ut ceterorum Eroticorum fabulas in collectione Teubneriana edendi susceperat provinciam vir elegantissimus et si quis alius ad id negotium idoneus Franciscus Passowius; quo demum ab inexorabili morte abrepto, rursum de edendo Longo cogitavi, in quo quidem consilio me egregie confirmavit Vir Summus Godofredus Henricus Schaeferus, qui quae eius est in me benevolentia mihi ultro obtulit non exigua ad novam editionem parandam subsidia, quae maximo huic editioni ornamento esse gaudeo. Sunt autem ea: 1) plures Viri Praestantissimi adnotationes ineditae, quas ego omnes auctoris nomine signatas excudendas curavi; 2) animadversiones *Brunckii*, quas continet, ut refert Sinner. Praef. p. xii, cod. msc. chartac. pp. 26. 4° num. XLIV. inter Brunckianos in Bibliotheca Paris., qui est inscriptus: „Remarques sur la nouvelle édition de Longus." Has autem adnotationes in usum Schaeferi, qui novam tum moliebatur Longi editionem, descripserat anno h. s. XII. iisque plura ex suo penu addiderat bonae frugis plena *Franciscus Boissonadius*, vir uti doctrina ita ingenio insignis. Etiam has Boissonadii notas omnes easque integras excudi placuit. Brunckii autem, quas quidem iam excerpsit Sinnerus, plerasque ipsius verbis expressas addendas putavi non ingratum viris doctis fore arbitratus, si hominis acutissimi et elegantissimi de quoque loco sententiam ipsius verbis comprehensam possent cognoscere. Ceteras autem, in quibus simpliciter suas coniecturas proponit, excerpsi. Continebat prae-

terea apparatus iste *Friderici Iacobsii* de pluribus locis coniecturas, quas quum Vir Summus versioni suae Germanicae subiunxerit, pauca tantum quae poterant recipi, supererant.

His ego egregiis auctus copiis statim me ad textum huius scriptoris corrigendum contuli. De quo scriptore, a multis prioribus praesertim temporibus pluris quam par est facto *), ab aliis contra nullo omnino in numero habito, quid sit iudicandum quidque de eius scribendi genere sit statuendum quaeque eius fuerit vis in prima hodiernae poeseos Romanensis initia, quum ab aliis **) iisque ea in re gravissimis viris sit dictum, ea re explananda eo facilius supersedeo, quo magis ego, quum exigua tantum mihi sit cum eo poeseos genere consuetudo, quam mediocria et tenuia, si cum iis quae illi tali in re versatissimi praestiterint viri comparentur, prolaturus sim sentio. Hoc tantum dixisse sufficiat, Longum quemadmodum argumenti quod tractat ratione, ita simplicitate et elegantia puroque sermone ceteros omnes Eroticos ipsum adeo Heliodorum horum scriptorum principem antecellere, id quod ab illis ipsis viris

*) V. c. a Mureto VV. LL. IX. 16. et quos afferunt Villois. Proll. II. sq. et Chardon. la Rochette Mél. t. II. p. 38.

**) Huet. Traité de l'origine des Romans. Paris 1711. pag. 123—129. Villoisonus Proll. Chardon. la Rochett. Mél. t. II. p 37. sqq. Manso Verm. Schriften t. II. p. 201 sqq. Schmidt Wien. Jahrb. t. XXVI. pag. 25. Schoell. Hist. Gr. Litter. t. III. pag. 160 sq. Dunlop the History of fiction t. I. pag. 65—75. apud Sinnerum pag. XXXIX—LVII. Sed optime omnium quos legi Iacobs. Praef. Vers. Germ. Longi, quae prodiit Stutgardiae a. 1832. 12°. pag. 1—14. quibus adde quos libros non vidi quosque Sinnero auctore pag. XXV. affero: Boissonade Biographie univers. t. XXV. p. 21—23. Villemain Essai littéraire sur les Romans Grecs in Collection des Romans Grecs Paris. Merlin. p. 24—44. Struve Abhandlungen und Reden. Königsb. 1822.

satis est explicatum; quamquam hic illic et in oratione et in ipsa fictione luculentissima inclinantis Graecitatis corruptique pulchri sensus apparent vestigia, quod posterius Schaeferus, Brunckius et Courerius non raro in adnotationibus acerbe notaverunt. Sed, ut unde defleximus redeamus, quum primum ad novam Longi editionem parandam animum appuli, Graeca tantum scripturae diversitate omnium librorum accurate examinata, cum illo a Schaefero mihi tradito apparatu et integra lectionis varietate edere constitui. Quod quidem consilium cur mutarem fecit et viri honestissimi, cuius sumptibus haec editio prodiit, voluntas et virorum quorundam, quorum apud me magna est auctoritas, adhortatio, ut Villoisoni commentarium typis recudendum curarem. Quorum quidem virorum ita sum obsequutus voluntati, ut non integras illas neque omnes rursus typis describi iuberem adnotationes, quod parum e re fore intellexi, quum multae aut prorsus falsas aut tritissimas satisque hodie decantatas res contineant, fere omnes autem mira et paene fastidiosa verbositate conceptae sint *); sed vanis omnibus aut doctorum hominum laudationibus, aut editorum praecipue Mollii, in quem mire quidem quamquam non iniuste Villoisonus invehitur, vituperationibus et omnibus quae non ad rem facere videbantur, omissis, eas tantum reciperem, quibus aut explicetur

*) Verum est Boissonadii iudicium Biograph. univers. t. XXV. p. 22. quod attulit Iacobs. Praef. p. 15.: „Il est juste d'observer, que les notes sont trop longues, non pas parce qu'elles occupent beaucoup de pages, mais parceque ce sont des pages à peu près vuides, ou, ce qui revient au même, enflées trop souvent de notions vulgaires, d'emphatiques éloges et d'une foule de petites choses exprimées avec une fatiguante verbosité."

scriptor, aut quae res etiam hodie scita dignas continerent, aut quas saepius a viris doctis cognovissem citari. Hoc autem ita a me administratum esse negotium spero, ut quicunque eam in rem accuratius inquisiverit, concedat, vehementer quidem diminuta adnotationum illarum amplitudine externa, a re nihil esse detractum, neque quicquam recisum quod quis vellet receptum. Sed praeterea, quod ego nonnulla eorum, quae Iungermannus ad Longum contulit, duxi recipienda, nemo me facile reprehendet, qui ea recte aestimaverit; neque aliter opinor iudicabit index aequus ac iustus de paucis illis quae ex Courerii, Passowii cet. attuli copiis. Quoniam autem illas Schaeferi adnotationes ineditas fere omnes additamenta esse adnotationum eius editioni subiectarum vidi, e re mihi videbatur esse etiam eas ipsas iam editas adnotationes, ad quas illa pertineant additamenta, recipere. Cuius rei causa quum Virum Egregium adiissem, et non solum eas tantum typis iterum describendi sed quotquot mihi placerent veniam impetravissem, non cunctanter plerasque quas editioni addiderat notas descripsi, praesertim quum quod sciam pauca tantum eius editionis exempla restent divendenda. Quod autem Latina adiecta est versio, quam e Molliana et Iungermaniana composuerat Villoisonus quamque ego correxi et ad quem exhibui textum conformavi, id et mea et librarii voluntate factum est, quum ex ea, quemadmodum quemque explicandum censuerim locum, possit cognosci et hac ratione in adnotationibus accuratiore explicatione potuerim supersedere.

Haec fere sunt, quae mihi de huius editionis origine et ratione erant dicenda. Restat ut de libris manu scriptis, quibus editores in corrigendo et constituendo tex-

tur usi sunt, quanti sint pretii, et quae eis intercedat cognatio, quoad eius fieri possit, explicetur. Qua quidem de re per se satis difficili atque implicita, quum nuper accuratissime egerit omni scripturae diversitate primi libri congesta et diligenter examinata *Struvius* in Censura editionis Sinneri in: *Zeitschrift für Alterthumskunde* a. 1834. n. 68—72. p. 540—578. faciliore opera rem profligare potero.

Primus Longum in lucem vocavit Raphael Columbanius, qui eum e codice Aloisii Alamannii Florentiae apud Philippum Iunctam typis describendum curavit, quae editio hunc habet titulum: *Λόγγου Ποιμενικῶν, τῶν κατὰ Δάφνιν καὶ Χλόην βιβλία τέσσαρα. Longi Pastoralium de Daphnide et Chloe libri quatuor. Ex Bibliotheca Aloisii Alamannii. Florentiae, apud Philippum Iunctam.* 1598. in 4° pagg. 98. Quum quae exposuit Columbanius de ratione, quam ad principia huius editionis textum constituendum iniverit, memoratu digna sint, ea quemadmodum retulit Villoisonus Proll. p. LI. sqq. (nam rarae editionis huius copia mihi non facta est) hic describam: „Narrat autem Columbanius in Epistola nuncupatoria, sibi, cum haec Longi Poemenica diligenter legisset et cum doctis sane viris lectionem illam communicasset, ita arridere coepisse hunc auctorem, tum ob sermonis puritatem atque elegantiam, tum ob materiae festivitatem, ut prope facinus se admissurum fuisse duxisset, si (quantum in se esset) huiusmodi opus diutius in tenebris delitesceret; praesertim cum sciret illud a studiosis vehementer desiderari. Verum enim vero, inquit, duo me scrupuli male habebant: alter, quod cum Alamannii codex sollerter a quopiam collatus antea fuisset cum alio exemplari, nonnullaeque variae

in eius margine lectiones appositae essent, non valde mihi perspicuum atque compertum erat, num esset quandoque a contextu recedendum illis in eius locis receptis, quae in margine legerentur. Qua in re operam mihi suam non ingratam illam quidem navarunt viri omnium literatissimi atque officiosissimi Henricus Cuffius Anglus ac Marcellus Adrianus Florentinus. Horum etenim perspicaci iudicio meum reddidi exemplar quam fieri potuit maxime expurgatum. Alter scrupulus erat, locos aliquot, qui manci esse videbantur id qua ratione possem ope alicuius fidelioris exemplaris restituere ac vulnera, quae iucundissimo scriptori inflicta forent, penitus sanare. Cui profecto rei vir doctissimus literisque humanioribus restituendis natus, Fulvius Ursinus, magno quidem auxilio fuit; quippe qui nostrum codicem cum tribus suis mss. Romae contulit, lectionumque diversitates ad nos transferendas amantissime curavit: totum tamen ex animo meo scrupulum evellere nequivit. Si qua igitur loca mutila adhuc restant, alius quispiam codices nactus fideliores, iis medicinam afferet suumque nitorem ac dignitatem pulcherrimo auctori aliquando restituet. Ego quod potui, id alacriter seduloque praestiti. Ad calcem vero operis, scripturae varietates tum nostri codicis tum Ursinianorum attexui, quo lectori, eius quam vellet lectionis sequendae optio daretur. Quibus nonnulla etiam, te praecipue iubente inserui; paucula mehercule ac tenuia, quae dum liber excuderetur, in rudiorum gratiam obiter adnotanda succurrerunt." — Ex his mihi videtur existere, Columbanium non accurate ubique codicem Alamannii descripsisse, (qui liber a Columb. siglo M, a Villois. contra, ut etiam hac in editione factum est, *Flor.*

significatur), sed nonnunquam pro suo vel duorum illorum amicorum arbitrio, etiam marginales scripturas in textum recepisse, ita ut editionis principis textus conflatus sit e duobus codicibus, e libro Alamannii et ex eo, e quo marginales illae scripturae fluxerunt. Ex quo fortasse colligas, omnibus iis locis, ubi variare dicitur Flor., receptam esse a Columb. marginis scripturam. Utrum etiam coniecturis locum in editione sua concesserit, quod fortassis coniicias e verbis: „horum enim perspicaci iudicio meum reddidi exemplar quam fieri potuit maxime perpurgatum," neque certo affirmari neque certo negari potest; quamquam si tecum reputaveris, qua diligentia editionem paraverit, ut ex eius verbis patet, facile licet concludere eum non dissimulasse nec reticuisse, si proprio Marte aliquid ausus fuisset *).

---

*) Tres de vulgatae ratione Struvius pag. 560. proposuit sententias, quarum quae sit vera habenda se nescire ait I. Editio princeps exhibet accurate textum codicis; et variantes lectiones sunt marginis, quae sententia videtur esse Villoisoni. Cf. Proll. p. LXXI. II. composita est e textu codicis et marginalibus scripturis, et variantes sunt tum textus tum marginis prout alterutra recepta est. III. Sunt etiam in ea coniecturae Columbanii, et variantes sunt spretae sive marginis sive textus lectiones. Quod primo vir doctissimus posuit loco, id negari oportet, quum si hoc voluisset Columb., neque amicos adhibuisset neque scribere potuisset, se amicorum illorum iudicio quam maxime correctum exhibuisse textum. Eorum, quae secundo et tertio posuit loco, utrum statuendum sit incertum est, sed quod enotatam variam lectionem et marginis et ipsius libri esse posse dixit; quanquam hoc nonnusquam factum esse negari non potest (v. infra), est tamen credibile, si, ubicunque marginis lectione spreta textus lectionem amplexus est, illas etiam enotavisset, plures var. lectiones eum attulisse, (perpaucas enim attulit) quum *sollerter* comparatum fuisse exemplar illud Alamannii cum alio codice affirmaverit. De duobus autem codicibus, quos habuerit Columbanius, cogitari non posse, recte contendit Struvius. Quod enim de duobus Florr. legitur l. I. c. 19. et l. II. c. 15. in. id scribentis aut Villoi-

Qui post Columbanium primus novis subsidiis criticis instructus ad Longum edendum se contulit Villoisonus, is tres codices Parisinos et accurate quidem contulit, ut etiam testatur Sinnerus Praef. p. XIII. qui eas rursus videtur inspexisse. Cuius viri docti quamquam non exigua sunt de Longo merita, praefulgent tamen *Pauli Ludovici Courerii*, viri non minus summo quod in eo erat ingenio, quam vita et tristissima morte nobilis. Qui quum in Bibliotheca Florentina in codicem illum, qui solus nobis Xenophontem Ephesium et Charitonem servavit, incidisset atque in eo, quae ad ista usque tempora desiderabantur in primo huius fabulae libro repperisset, ea descripsit, illudque supplementum multis commaculatum vitiis et ipsius coniecturis in verba illatis cum versione Hieronymi Amati hoc titulo edidit: *Λόγγου Ποιμενικῶν ἀποσπασμάτιον μέχρι νῦν ἀνέκδοτον.* Rom. ap. Linum Contedinium. 8°. 7. plag., quod saepius magis minusve vitiatum typis repetitum est. Enumeravit eas editiones Sinner. Praef. p. XIX. sq. easque in adnotationibus ad Supplem. siglo *edd.* significavi. Postea quum Romae alium codicem nondum collatum excussisset, integram huius scriptoris paravit edit. Romae 1810. apud Linum Conted. 8°. pp. 187. cum duob. additamentorum plag. Quum LII. tantum exemplis constaret editio tota, quorum dimidium fere paulo post tollebatur, perpauca tantum eius supersunt exempla *). Accura-

---

soni aut Columbanii error videtur esse. Haud dubie intelligendi sunt illic libri Ursini.

*) Satis notum est Courerium in describendo supplemento illo plagulam illam codicis atramento commaculavisse magnasque inde rixas esse exortas inter ipsum et bibliothecae custodes: quas enarrare quum taediosum sit et parum

tissime,*) autem eam rursus typis descripsit Ludovicus de Sinner.: *Longi Pastoralia e codd. mss. duobus Italicis primum Graece integra edidit P. L. Courier. Exemplar Romanum emendatius et auctius typis recudendum curavit G. R. Lud. de Sinner. Paris. Didot* 1829. pp. 212. et LVII. 8⁰.

Commemorantur igitur in adnotationibus libri hi:

I. Codd. Columbanii: Florentinus, Ursini tres (Flor. Urs.). De his nulla exstat descriptio accuratior.

---

utile, id ego missum facio, praesertim quum omnes hodie quod aequum et iustum est de Courerio sentiant. Etiam quod Passowius, ut multi alii tum temporis, in Praefat. p. 24. de eo iniquissime iudicavit, eius eum postea poenituisse certo scio. Qui de tota ea re volunt accurate edoceri adeant praeter: *Renouard, notice sur une nouvelle édition de la traduction française de Longus par Amyot, et sur la decouverte d'un fragment grec de cet ouvrages*, Paris. 1810. 8. 16. (qui libellus conscriptus est contra Furiam Courerium summae insimulantem malitiae in scriptione quae inscripta est: *Della scoperta e subitanea perdita di una Parte inedita di Longo, fatta in un codice dell Abbazia Fiorentina, ora esistente nella pubblica Imp. Bibliotheca Medico-Laurenziana [con disegno della pagina viziata nella sua vera grandezza.] Quaesivit lucem ingemuitque reperta*) et *Courier, Lettre à M. Renouard libraire sur une tache faite à un Ms. de Florence. Tivoli* 1810. 12. quae epistola repetita legitur cum monito brevi in calce Versionis Courerianae, quae prodiit apud Merlin 1825. 16⁰ p. 337., etiam ea quae praeterea afferuntur a Sinnero Praef. p. xxiv. et a Schoell. H. Litt. Gr. t. III. pag. 164. Adde Iacob. Schulzeit. 1829. II. n. 96. Ceterum, qui factum sit, ut tam pauca huius editionis supersint exempla, disces e Courerii Mém. t. II. Nr. 37. Vix autem opus est commemore, variantes supplementi lectiones Ciampio a Furia exhibitas a nullo pro vera codicis scriptura posse haberi post ea, quae dixit Courer. in: *Lettre circulaire sur les prétendues variantes du manuscrit de Florence communiquées à M. Ciampi par M. del Furia*, quam epistolam recudendam curavit Sinner.

*) Praeter ea enim, quae ipse Sinner. attulit in Corrigendis, nullum errorem deprehendi quum hanc editionem cum Romana conferrem, nisi p. 27. l. I. c. 21. pro *K. μ. δὴ χύνας*, A. leg. *T. μ. δ. χύνας* A. et p. 137. l. IV. c. 21. *φυλασσόμενα*, de quo dictum in adnotationibus.

II. Codd. Villoisoni: Parisini tres, quorum tertius etiam marginales exhibet lectiones. [Par. I. II. III, mrg. Par. III.]. De his libris autem haec adnotat Villoisonus Proll. pag. LXX.: „Tres illi codices, quorum primus in folio, numero 2895, secundus in 4°, n. 2903, tertius in 12°. n. 2913. notatus est, [hodie ut testatur Sinner. pag. XIV. praef. 2895. fol., 2903. in 4°, 2913. in 8°.], quamvis recentissimi, et XVI. seculo scripti, plurimas easque optimas lectionum varietates nobis suppeditaverunt. Ut ordine, sic variantium lectionum copia et praestantia ceteros anteit primus, quem satis longo sequitur intervallo secundus, illis multum cedit tertius, longe infra ultimo ponendus loco et in cuius fine sex versiculi desunt, et haec, eadem qua exaratus fuit manu, subscripta sunt: „Romae ad Fulvii Ursini exemplar emendatus, 1597, amore, amoris tui“. Enimvero non paucae ad eius marginem coniectae sunt variae lectiones et emendationes, quas omnes vitia textus in hoc cod. frequentissima compensantes exhibuimus; quarumque pars incerti earum auctoris ingenio, vel ignotis codicibus, pars vero Ursini, qui non semel in iis laudatur, exemplari debetur, nec e Florentinae editionis collatione, quae sequenti anno prodiit, derivari potuit; quem nostrarum animadversionum p. 46. errorem hic corrigimus. In primo autem codice, Longo subiunctus est Eumathius, ut in tertio Achill. Tatius, et in secundo, primi eiusdem Tatii libri initium usque ad p. 60. Boden.“

III. Codd. Courerii: Monte-Cassinensis et Romanus [A. B.]. De his libris haec pauca affert Courerius: „Τῆς παρούσης ἐκδόσεως πᾶσα ἡ γραφὴ ἐκ δύο ἀντιγράφων συνείλεκται, ὧν τὸ μὲν αὐτῶν ἐν Φλωρεντίᾳ παρὰ τοῖς μοναχοῖς τῆς οὕτω καλουμένης Φλωρεντίνης Ἀββατίας ἀπὸ παλαιοῦ ἔκειτο, χθὲς δὲ καὶ πρώην εἰς τὴν ἐκεῖ Λαυρεντιάνην μετήνεκται, μέχρι νῦν ἀμεληθὲν καὶ ἀνεξέταστον πρὸ ἡμῶν· τούτου τοίνυν τὴν γραφὴν αἰνίττεται τὸ παρ' ἡμῖν A στοιχεῖον. τὸ δὲ ἕτερον τῶν προειρημένων ἀντιγράφων, ἐν Ῥώμῃ ἐν τῇ τοῦ Οὐατικάνου βιβλιοθήκῃ νῦν ἀποκείμενον, τῷ B στοιχείῳ ἐν τοῖς ἑξῆς σημαίνεται." Codicem A descripserunt Anton. Cocchius in praef. ad Xenoph. Ephes. (cuius vv. repetiit Dorv. praef. ad Char. pag. IV. Lips.) Iacobs. ad Achill. Tat. pag. LXXII. Franc. del Furia praef. ad fabul. Aesop. pag. XXXII sqq. qui eius etiam exhibuit specimen. Antiquissimus hicce et nitidis minutisque exaratus litteris codex continet inter Theodori Ducae, Athanasii aliorumque libros sacros praeter Longum etiam Achill. Tatium, Charitonem et Xenophontem Ephesium. De codice autem B nulla a quoquam exhibita est descriptio. Praeterea etiam in Vaticana bibliotheca asservari Longi codices auctor est Courer., qui, ut idem refert, ex illo B sunt descripti, cui quidem sententiae an fides possit haberi, dubitari potest.

Praeterea afferendus est Codex Amyoti, cuius tamen libri quae afferuntur lectiones, quum ex eius versione

tantum possint cognosci, non iis ubique magna fides habenda est, praesertim quum observante Courerio in praef. ad Vers. Gall. p. VI sq. in nostro scriptore transferendo non admodum magna usus esse videatur diligentia.

Hos libros omnes non unius eiusdemque esse familiae ut recte a doctis hominibus creditum est, ita in eo falsi sunt (Schoell. Hist. L. Gr. t. III. p. 161. 163. Sinner. praef. p. XV. Iacobs. praef. p. 14.) quod solum **A** uni tribuerunt familiae, alteri autem ceteros omnes assignarunt; id quod praeclare intellexit et accurate explicavit Struvius l. l. col. 554 sqq. qui praeterea recte docuit, si ex sola lacuna illa codicum classes essent constituendae, non duae sed tres statuendae essent familiae, aliis libris maiorem exhibentibus illam lacunam, aliis minorem. Sed comparatis atque diligenter examinatis diversis omnium codd. scripturis, quantum quidem sunt enotatae, luculentissime patet, unum Ursini librorum eiusdem esse familiae atque **A**, quod significavi ad l. III. c. 7. s. v. *πταίων δή*. Sed uti hoc loco magna difficultas in eo est posita, quod nusquam, quoties ab editoribus adnotantur Ursiniani, certo est definitum ex quonam libro Urs. ea afferatur diversitas et in plerisque locis unus tantum commemoratur in paucis duo, nusquam autem omnes tres, sic etiam disquisitionem hanc reddit impeditiorem, quod neque Ursiniani libri accurate sunt collati, sed aliquot tantum locis ab Ursino in auxilium vocati (v. Struv. p. 555.) neque Courerius omnem e libris enotavit scripturae diversitatem, quod et ipse fatetur ad. I. 16. *ὅτι τολμηρὸς πάνυ καὶ ἀμουσότατος ὁ βιβλιογράφος* [cod. **A**], *ὅλως ἔστιν ὅτε διαφθείρει τὰς ῥήσεις, μεταγράφων ὡς ἂν θέλῃ, καὶ δὴ καὶ συνεχέ-*

στατὰ μεταβιβάζων κόμματα καὶ ῥήματα, εἰδείη ἂν ὅστις ἐντεύξεται τῇ βίβλῳ. Παρεμβύει γάρ τινας ὁ ἀνὴρ οὐ διαφόρους γραφάς, ἀλλ' ἰδίας αὐτοῦ ματαιολογίας, ἃς ἡμεῖς γε ἁπάσας ἀπεγράψαμεν, ἐκδεδόναι δὲ οὐκ ἀξιοῦμεν, καὶ οὐκ ἔχρην, εἰ μή τις μιαίνειν σπουδάσειε τοὺς χάρτας, ὅπου γε ἂν ἔχωμεν οὐκ ἀμφίλογον ἐξ ἄλλων ἀντιγράφων τὴν ὀρθὴν ἀνάγνωσιν. et non minus ex eo intelligitur, quod in notis ad Asinum Luciani et ad Vers. Gall. novas attulit lectiones e suis libris, quam ex eo quod multis locis de illis codicibus tacet, ubi alius editor quid exhibeant non reticuisset *). Cf. Struv. p. 504 sqq. Quod igitur supra affirmavi, unum Ursini librum eidem familiae cum A esse adnumerandum, quo iure id dictum sit

---

*) Quum Courerianorum librorum variantes enotarem scripturas, omnibus iis in locis, ubi nihil Courer. adnotavit, etiam libros eius cum textu ab illo recepto consentire credidi. Quapropter factum est; ut ubi priores editores vel ex ingenio vel e libris mutaverint scripturam idque mihi esset notandum, etiam ubi ille de suis libris tacet, modo eam receperit scripturam, eius libros tanquam assentientes et confirmantes attulerim. Sed postea talibus in locis, ubi non disertis verbis codices suos affert, ubivis *fortasse* vel *fort.* vel *ut videtur* vel similem notam addidi, ex quo possit cognosci, Cour. eam quidem lectionem recepisse vel servasse, nihil autem de libris suis dixisse. Addenda autem illa est nota: l. I. c. 1. *διακοσίων* 5. *συλληψόμενος*. 11. *ὀργυιᾶς*. 12. *τῆς καταφορᾶς*. *ib.* *ὁ μὲν δὴ τὸν ἀνιμησόμενον*. *ib.* *ταῖς τῆς ταινίας ὁλκαῖς*. *ib.* *τυθησόμενον*. 19. *καὶ ἔργων*. *ib.* *ἐπηγγέλλετο*. 22. *τὰς ἐπαύλεις*. 28. *περιεργασάμενοι*. 29. *χαρίζομαι δέ σοι* l. II. c. 4. *πράγματα*. 5. *θεασάμενος*. 39. *αἰπόλος* l. III. c. 12. *ὑπανθούσης*. Praeterea notandum mihi est, ubivis Cour. utriusque codicis adnotavisse scripturam, etiam ubi alteruter cum vulgata consentiat; id in meis adnotationibus factum non est. Quibus igitur locis unum tantum Courerianorum librorum enotatum reperis, iis locis alterum aut cum vulg. aut cum ceteris libris, quod ex quovis loco potest intelligi, facere putabis.

ut intelligatur, afferantur iam omnes signo *Urs.* allatae diversitates scripturae, et primum eae, in quibus cum A conspirat:

Prooem. 1. *εἰκόνα*. I. 1. *νομίσαις*. *ib.* om. *ἐκ*. 3. *εἶδεν*. 6. *ἀνκαυτή*. 7. *ἤδη τε ἦν*. 8. *ἴσως* om. *ib.* *ἐπιμένειν*. 9. *οἱ ἀπαλοί*. 10. *ἐκριδοθήκην*. 11. *πολλὰ ἥρπαζε*. 19. *τυρούς* om. 21. *κατὰ τοῦ δέρματος*. 25. *ὅπως δεῖ*. 28. *ἀδόντα περὶ τὴν θάλ.* 29. *χεομένου*. 32. *τὸν Δόρκων*. II. 1. *ἐπλέκεν*. *ib.* *δὲ* post *ἀμπέλ.* 2. *οἶνον*. 9. in accus. *ἀγρυπνίαν*. (A quidem corrupte *ἐξαγρυπνίαν*.) 10. *πρός*. 11. *προσβολήν*. 12. *ἐνεσκιώσης*. 16. *τρέχοντες*. 18. *διωκόντων δή*. 20. *καταφεύγειν*. 22. *τοιαῦτα*. 28. *αὐτῆς τῆς τ.* 30. *συρίσματα*. 32. *ἡνίκα ᾖδαν*. 33. *ὁ τὸν Δάφνις*. 39. *στέρξειν*. III. 8. *κόψιχους* ubi v. *ib.* *τὸ ἔνεργον*. *ib.* *καὶ ἤ*. 9. *ἀνεπαύετο*. 11. *προέπεμπον*. 13. *κάτω στήσαντες*. 14. *φιλήσουσιν ἔτι*. *ib.* *ἔκλαεν*. 18. *περιειργάζετο*. 23. *μέν*. *ib.* *παρθενίας*. 26. *δὲ πον*. 28. *κυματωγῆς*. 29. *ᾄδε ὑμῖν*. 30. *ἡ μὲν δή*. *ib.* *τὰς βοῦς*. *ib.* *κατειργάζετο*. IV. 25. *ὅτι θέλει εἶναι*. 29. *Χλόην* servat. 33. *ἐξέπλησσε*. Ad quos locos fortasse adnumeramus I. 7. *τοιόνδε τι τὰς Νύμφας*, ubi in eo tantum dissentit A, quod post *τι* spatium habet. Omnibus his locis Codr. cod. A. attulit lectionem. Multi autem sunt loci ubi ex Urs. receptam lectionem in textu exhibuit nihil tamen de suis proferens: v. c. I, 1. *διακοσίων*. 9. *εὐωρίας*. *ib.* *ὀργυιᾶς*. 12. *ταῖς τῆς ταινίας ὁλκαῖς*. 21. *τὸν Δόρκωνα ὁλακτήσαντες*. 22. *τὰς ἐπαύλ.* 30. *δύο βοῶν κεράτων*. 32. *ἐπέλειπε*. II. 5. *θεασάμενος*. 11. *εἰδότες*. 12. *ἐπανθούσης*. 21. *κατεμέμφετο*. 22. *νεμήσετε*. 23. *παρακλευσάντων* etc.

Discrepat Urs. ab A et conspirat cum B his in locis:

cia. I. 25. κρύφα ἠρέμα. I. 27. πόσε ib. βουκολικῇ. II. 10. ἐνθυμώμεθα δή. 11. καθέζονται. 12. ἐκηκῆσαι B. ἐνικῆσαι. 27. βοῶν καὶ αἰγῶν καὶ ποιμνίων. 31. ὑποστορέσας. III. 21. ὑπερκείμενος. 25. ἤνεγκα. In quarti libri initio, ubi lacuna est in A, consentit cum B 2. ὑάκινθος. A. ἐσχόλαζεν. 4. καὶ ὅσα. ib. αἰπολίου. 15. νεύσασα. 16. κελεύοντος. 33. μέγα πλουσίων. — Consentit Urs. ab A dissentiens cum Parr. his in locis: cum Par. I. et II. ἐξεφίλει. l. I. c. 24. cum Par. I. et III. ποιμενικόν l. II. c. 35. ἄδουσαν τὰ μέλη. III. 23. cum III. ἐπιβουλὴν I. 21. εἰς τὸ λουτρόν ib. c. 23. cum Flor. καὶ αὐτοὶ. l. I. c. 8. ib. ἀναφέρουσα ibid. His omnibus in locis codicem A aliam exhibere lectionem enotatum est. Sed videntur etiam his in locis, ubi nihil a Cour. dictum est, Urs. et Flor. ab illo dissentire: c. 11. ἐνέκαυσε. 20. ταύτην εἶχε τὴν ἐλπίδα. 21. ἀνακαλέσαντες συνήθως. 26. ἐπ' ἐκείνῃ. 27. ἐν ὕλῃ. l. II. 16. λύγον. Ab omnibus autem libris videtur discrepare Urs. l. I. c. 1. ἐπ' ἠϊόνος. 4. δειπνουμένου. 8. διὰ καί. 19. γαμικῶν. 24. ὡς σπεύδοι καί. 28. ἴσως deest. 29. σὺ δὲ σοί. II. 11. ἐπὶ πελάγους. 24. καὶ ὑφ' ἡδονῆς καὶ λύπης μεστὸς δακρύων. 32. λευκὸν δὲ παιδίον. III. 20. προσκομίσασα. IV. 5. ὥς τ' ἄν. 8. αἰδούμενοι. 38. ὑποστόρεσαν.

Duo codd. Ursini afferuntur l. I. c. 21. ubi unus cum A. Flor. κατὰ τοῦ δέρματος, alter cum B et Amyot. κατὰ κράτος. l. II. c. 20. unus καὶ ὥστε, alter om. καί. c. 24. un. κατέχον fort. c. A B, alter cum Flor. κατέχων. III. 1. unus exhibet vulgatam, alter consentit cum mrg. Par. III. Flor. in v. ἐπίπλουν. cap. 18. cum Flor. Par. III. et A κάτω στήσαντες, alter cum vulg. et B: καμάτῳ στάς. 17. unus cum Flor. ἐγείρεται, alter ser-

vat vulgat. 18. unus cum Flor. πρωτοφύτου, alter vulg. 28. unus cum A. mrg. Par. III. Flor. κωπανωγῆς, alter cum B. Parr. κυματώδους γῆς. 30. φιλίᾳ unus cum Flor., alter φιλία.

Has codd. trium Ursini lectiones varias si quis consideraverit, in Struvii meamque facile concessurum esse sententiam hancce credo, unum ex libris illis eiusdem cum A familiae esse, ceteros autem duos alteri tribuendos esse familiae. Qua ratione autem hi tres libri possint dignosci, id acute perspexit Struvius l. l. p. 601 sq. qui eo, quod marginales libri III. Paris. lectiones ut constat unius libri Ursini essent, hoc ipso consensu Ursiniani et mrg. Par. III. posse intelligi docuit, quae unius eiusdemque Ursin. essent scripturae, ita ut quae non essent in libri illius margine enotata, duobus ceteris Ursini libris essent adsignanda. Quae res quum tam perspicue demonstrata sit a Viro Doctissimo, ut vix quisquam dissentiat, hoc ego missum facio et transeo ad scripturas, quae afferuntur siglo:

Flor. quo siglo quantum e Columbi colligi possit verbis, quamquam ipsius cod. intelligi debent variae ll., sunt tamen hoc siglo etiam marginis quamquam raro, ut videtur, lectiones enotatae. Cf. infra p. xxxvi sq. Pertinent autem eae maximam partem ad eandem familiam. Consentit enim cum A et Urs. his locis: I. 1. ἀνεπαισθήτων. 3. εἶδε. 5. ἐκλαυσε. 7. ἤδη τε σῆμ ὁ μέν. 8. παρεκτεταμένειν. 10. ἀκριδοθήρην. 11. πολλὰ ἥρπαζε. 19. κυρους om. 29. χεομένου. II. 10. πρός. 11. προσβάλλη. 12. ἐνεστώσης. III. 8. τὸ ἐνεργόν. III. 28. παρθενίας. Cum A et mrg. Par. III. I. 29. ποι μακράν. II. 25. καὶ ὅτι κεχώρωτο. Cum solo A I. 2. λόχμη βάτων. Ubi autem singularem exhibet scripturam, ea nihil fere est

quam librarii error. Sic I. 27. om. *τήν*. II. 3. *ὑάκινθον*. 7. *πάλιν νῦν*. 30. *θερμόμενοι*. III. 4. *παλιγγενεσίας*. IV. 8. *θρηνοῦσαι καὶ βομβοῦσαι*. IV. 31. *χλωρῶντα*. l. I. c. 8. *διὸ καί*, quod altius repetendum. Notabili in errore consentit cum marg. Par. III. IV. 4. *τάφρου*, qui haud dubie in Urs. erat, ex quo quae Florentino sit cognatio cum illo libro Ursini potes cognoscere. Cum cod. marg. facit I. 21. *ἄγοντας*. Cum omn. Parr. paucis in locis solus conspirat: I. 32. *συνῆθαι*. II. 9. *ἔννοια*. 12. *πλούσιον*. ib. *ἀλγῆ*. 24. in (cum B) *καὶ καινῇ ὑφ' ἡδονῆς* etc. 32. *σύμποτον*. III. 5. *μέσος*. 28. *κόρη*. Sed saepius cum Urs. Par. I. II. quod infra videbis.

Quod autem ad codices Parisinos attinet, ad quos iam venio, eos alii cod. familiae esse assignandos nulla dubitatio esse videtur. Atque hoc loco dissentiendum mihi est a Struvio, viro in talibus gravissimo, qui Paris. I. priori illi classi adnumerandum esse credit. At vero quominus hoc possit fieri, impedit illius cum ceteris duobus aut certe cum II. Par. consensus. Quod ne quis temere a me dictum esse credat, eos locos afferam, quibus inter se consentientes ab A B et A praecipue discrepent. Eos quamquam ex toto scriptore enotavi, ex solo primo libro afferam, quoniam ex eo satis meam sententiam esse veram et virum illum acutissimum erravisse elucebit. Sunt autem, siquidem Villois. accurate suorum libror. discrepantias adnotaverit *),

*) I. e. si omnibus locis, ubi nihil adnotavit Villoisonus, codd. eius a textu quem exhibuit non dissentiunt; ita ut, ubicunque Courerius libros suos sequutus aliquid mutavit, nisi Parisini consentire dicuntur, ab illis Courerii discrepare putandi sint. Verum an de Villoisono ita existimemus, ambigi posse fortasse videbitur ei, qui tales eius adnotationes legerit, qualem repetendam curavi l. I. c. 9. v. *εὐωρία*, in qua

hi, in quibus ab A B discrepant: I. 1. om. artic. ante Λέσβ. ib. εἴκοσιν. 2. χλαμύδιον. 3. εὗρε. 4. om. τὰ ante ἔξωθεν. 7. om. artic. ante Δάφνιν. 8. πῶς δεῖ νέμειν. 11. ὀργυιῶν. ib. τεσσάρων. 12. τινὰ om. 19. περιπέσοι. 20. ἀκάνθαις καὶ βάτοις. 22. ἐθέλοντι. 23. γλυκεῖα etc. 24. ἐπάνθουν. 25. δὲ om. 26. τούτοις. ib. ἐγέλασεν. 28. εἰς τὴν ναῦν. 29. μὲν om. ante λέγω. 30. ἅμα καὶ τῷ φιλήματι. 30. ὀρνίθων om. 31. ἐκσώζεται. 32. τοῦ Δόρκωνος ib. καὶ ante ἄγροικος om. Dissentiunt ab A: Pr. I. 1. εἰκόνος γραφήν. ib. om. καὶ ante τῶν ξέν. I. 1. νομίσεις. 2. λόχμη κάτω βάτων (III. quidem κατὰ). 2. habent καὶ ante θαυμάσ. 3. ἐπεποίητο. 4. ἐκ δὲ τῆς πηγῆς. 5. ἀκλαγγί. 7. ἐφαίνετο. 10. om. ἐξελθοῦσα. ib. ἀκριδοθήραν. 11. πολλάκις. 12. ξύλον καὶ τὴν καλαύροπα. 20. ἐπὶ τὸν ποτόν. 21. οἱ τῶν προβάτων ἐπιφύλακες. 24. διακρίναντες. 25. αὐτοῦ om. ib. φιλεῖν. 26. τῆς ante Χλόης om. 27. τότε. ib. καὶ om. ib. βουκολική. 28. δὲ om. ib. καὶ om. ante κρεῖττον. ib. δῶρον om. 29. ἰδὼν δὲ καὶ τ. Χλόην ib. μοι μακράν. 30. ἀπεδύετο. Loci autem in quibus nihil de suis notavit Cour., ubi tamen videntur Paris. ab illis dissentire, hi sunt: I. 8. ἅμα ταῖς ἀγέλαις. 10. ἀλλήλας. 12. τῆς om. ib. τυθησόμενοι. 21.

---

quum Flor. Urs. Parr. I. II. mrg. Par. III. auctoritate receptum esse dixisset εὐωρίας, ab edd. exhiberi εὐωδίας tradidit, nulla Par. III. mentione facta. Atque eiusdem rationis sunt animadversiones p. 4. pr. 1. εἰκόνα, γραφήν. pag. 35. c. 13. τυθησόμενοι. Prorsus tacet de suis codd. c. 21. p. 46. κατὰ τοῦ δέρματος. Cf. p. 60. c. 21. ὡς σὺ et alibi. Sed his locis nisi fallor ii libri, quorum nullam fecit mentionem, cum vulgata facere videntur. Primo saltem quem attuli loco quum in marg. εὐωρίας adnotatum sit, certum videtur esse eius cod. textum εὐωδίας exhibere.

om. τὸν Δόρκωνα — ὑλακτήσαντες. 26. ἐπίλησα καὶ λαβοῦσα. 27. μακρά. 31. ἀπαρχήν. Qui consensus satis quod supra posui confirmat; sed etiam ex eo apparet, si Paris. I. alteri tribuitur familiae, Paris. II. ab eo non posse divelli, quod ubi inter se dissentiunt Parisini, I. et II. fere eandem tuentur scripturam a III. dissentientes; ex quo facile potest coniici magnam inter duos Parisinos illos intercedere cognationem. Pr. 2. προπαιδεύσειν. I. 1. εὑρίσκους. 5. συλληψόμενος. 7. ἤδη ἦν ὁ μὲν (AB ἤδη τε ἦν ὁ μὲν) ib. τοσούτων (cum AB) 8. ἴσως om. (cum Flor. Urs. AB). 9. εὐωρίας (cum Fl. Urs.) ib. οἱ ἁπαλοὶ καὶ νέοι. (cum Flor. Urs. AB) 11. σιρούς. 12. ταῖς τῆς ὁλκαῖς ταινίαις (cum vulg.) ib. ἀνιμήσαντες (cum vulg.) ib. lacuna incipit a vv. ἀνέβη ταῖς. 19. καὶ ἔργων. 21. περιεργία (cum AB). 23. om. vv. τερπνὴ δὲ ποιμνίων βληχή. 24. ἐξεφίλει (cum Urs.). 28. ἀλύοντα περὶ τὴν θάλ. (cum AB) ib. περιεργασάμενοι (cum Urs.) ib. αὐτῇ (cum Flor.) 29. σὺ δὲ μοὶ (cum AB.). His in locis quamquam duo hi libri saepius cum alterius familiae libris conspirant, non tamen eo convellitur sententia mea, quam supra tuli. Est enim talis consensus aut signum genuinae lectionis aut vitii pervetusti. Perpaucis autem in locis inter se dissentiunt Parisini I. II., eaque diversitas non magni est momenti. Sic c. 2. Par. I. πεφυλαγμένην ὡς. Par. II. πεφυλαγμένην. ib. om. Par. I. τὴν ante ἐπιῤῥοήν. idem om. c. 7. v. εἶναι cum B et Urs. c. 20. exhib. Par. II. τούς τε προσθίους. Uno tantum in loco Par. I. cum A mirus consensus est, c. 24. qualis non amplius in omnibus IV. libris reperitur, nimirum in voce ἐπέλειχεν, in qua duo hi libri soli conspirant. Sed etiam hoc explicari posse credo ita, ut statuamus, librum ex quo

fluxerit Par. I. secundum alterius familiae codicem correctum, exhibuisse illud ἐπάλειψεν in margine quod deinde illius cod. librarius in textu collocaverit.

Sed satis videor mihi demonstravisse, duos libros hosce alterum ab altero non posse ita divelli, ut alterutrum alii familiae librum assignes. Quae sententia non infringitur sed firmatur potius omnibus per quatuor libros longi diversis scripturis collectis. De tertio autem Paris. etsi in universum verum est Villoisoni iudicium, quippe qui liber, ubi a ceteris discrepat, plerumque nihil nisi librariorum errores exhibeat, sunt tamen loci quamquam pauci, ubi eius scriptura digna est, quae non dicam recipiatur, sed certe notetur. Sequuntur ordine sectionum eius in I. libro diversae scripturae. Pr. 2. πάντων. ib. μέχρι. I. 1. γῆ τροφὴ κλημάτων. 2. λοχμὴ κατὰ βάτων ib. (spreto ε̄) ἐγίνετο. 3. εἰ καὶ παιδέα. 4. τὸ ἔνδοθεν. ib. tollit ὤα. 8. om. ἅμα ταῖς ἀγέλαις. 9. κατεῖδον. ib. εὐωδίας. ib. οἱ παλαιοί. ib. ἔβαλον. 11. ἀνέλαβε. 19. ἴος τιρρούς
τηρούς. 28. ἐπίπολιν. 29. κατέρρεον. 29. σοὶ δέ μοι. 31. διαφεύγων. ib. ἔδοξε δέ. 32. εἰς τὸ ἄντρον ἴος λουτρόν. ib. ἤρχει. Has varietates si quis accurate consideret, Villoisoni quidem iudicium in universum reperiet esse verum, sed praeterea notabilia inveniet esse ea, quae cap. 19. et 32. exhibet, in quibus manifesta apparent vestigia, esse in eum librum receptas scripturas marginales aut eius codicis, a quo duxit originem aut prioris alicuius, in quo enotatae essent scripturae libri sane antiqui diversitates. Inde intelligitur, qui factum sit, ut hic recentissimus mendisque librariorum scatens codex duobus in locis solus cum optimo A conspirans genuinam servaverit lectionem: I. 12. ἐνεμήσαντο. III.

7. πεταίων et cum A. Flor. Urs. III. 18. κάτω στήσαντες et IV. 25. ἔτι θέλει εἶναι et cum A B. I. 16. ἐργάζεται II. 17. ὄρων, quibus addatur locus III, 16. ubi in vitiose λαβεῖν cum solo A consentit. Et eam etiam ob causam eius libri auctoritate pr. 2. recepi μέχρι. Sic quod c. 3. σὺ καὶ παιδία et c. 4. τὸ ἔνδοθεν exhibet, per se non potest reprehendi.

Sed iam credo ego effecisse id, quod volui, libros Parisinos uni eidemque familiae esse tribuendos; cuius rei demonstrandae causa etsi loci tantum primi libri collecti sunt, tamen non puto eum qui per omnes quatuor libros eorum discrepantias examinaverit, in contrariam cessurum esse sententiam. Venio nunc ad librum Romanum Courerii, quem quum rectissimo iudicio a viris doctis eidem classi adnumerari videam, eo minus pluribus de eo agere videtur, quod si quis de eius rei veritate dubitet statim paucis sectionibus perlectis diversisque scripturis comparatis intelliget, eum librum quamquam non raro cum A conspirantem, tamen locis, qui antiquis vitiis sint contaminati, plerumque cum Parisinis consentire. Sed non dubito, quemadmodum codicem A illius familiae, sic hunc alterius dicere praestantissimum. Neque de duobus illis Ursini manuscriptis, quantum quidem eorum scripturae sint enotatae, vix ulla potest esse dubitatio, quin ad eandem hancce pertineant familiam.

Priusquam hancce de libris Longi manuscriptis disputationem finio, pauca de codice Monte-Cassinensi addere videtur. Is quidem liber, quum antiquissimus *)

*) De eo Cocchius in Praef. ad Xenoph. Eph.: „Florentiae in monasterio Cassinensium quod vulgo Abbatia Florentina

sit, etsi, praeter quam quod solus supplementum illud et alia praeterea minoris momenti servavit, quae non dubium est quin ab ipsius scriptoris manu profecta sint, v. c. l. IV. c. 8. *καὶ ἐτερπόμην* 11. *καὶ λαγνεύειν μετὰ τὴν μέθην*. c. 16. *τῆς σῆς*. c. 22. *καὶ* et *Δάφνι* quibus adnumeres, c. 29. *Χλόην*, in quo quidem verbo etiam B consentit; etiam saepissime solus menda inveterata et a viris doctis animadversa quidem non tamen correcta tollit: monstrat tamen non raro librarii inscitiam et oscitationem, neque caret glossis et ineptis scribarum addidamentis. Sic quod l. III. c. 21. ad vv. *πολλεῖς ἰχθῦς* additum est *πετραίων* et c. 26. *ἀλλ' οὐδ' ἐλεύθερος εἰ καὶ πλούσιος*, non magis quisquam vera esse credet, quam quod Courerius miro iudicio sincerum habet in vv. *οἷα ποῦ παῖσαι λέγων ἆθλον ἔχων τὰς τρισχιλίας* vocabulum *λέγων*, quod haud dubie in codice, e quo fluxit iste liber, e male lecta voce *ἔχων* ortum, genuino verbo deinde suprascripto vel margini adscripto, postea cum eo simul in verbis sedem occupavit. Neque potest dubitari, quin quod l. I. c. 20. pro *φερομένου*, *χεομένου*. l. III. c. 15. pro *ἐλάφου*, *ἐλάφειαν*. l. IV. c. 8. pro *πτοούμενοι*, *φοβούμενοι*. c. 33. pro *μέγα πλουσίων*, *μάλα πλουσίων* exhibet, quemadmodum l. III. c. 3. illud ineptum *τὴν ὥραν τῆς εἰρήνης*, corrigenti debeantur librario. Eiusdem autem negligentiam declarant manifeste, quod l. III. c. 6. desiderantur verba *ἀλλ' — διανοηθείς*. c. 12.

---

vocatur multi codices manu scripti servantur, — quos inter insignis est, qui Octavi forma fere quadrata foliisque constans CXL, litteris minutissimis paulumque obsoleti coloris, bombycinus, nitide et perquam emendate scriptus saeculo ut videtur XIII. opuscula continet XXIII. variorum auctorum." — Etiam Del Furia Praef. ad Aesop. pag. xxxiii. fine XIII. seculi, eum scriptum esse refert.

ὁ [illegible] et in seqq. aut 1. IV. c. 10. [illegible] [illegible] καὶ οὗτος ἐπί. cap. 15. v.v. [illegible] Verum his omnibus neminem credo permotum iri; ut istius codicis summam esse in corrigendo nostro scriptore auctoritatem neget.

Sed haec hactenus de codicibus. Sequitur, ut qua ratione ego in ipsius scriptoris verbis corrigendis versatus sim quamque ea in re viam duxerim mihi esse sequendam breviter exponam. In hoc autem negotio rite administrando eam mihi praescripsi legem, ut nisi summa urgente necessitate a librorum non recederem lectione, praesertim ubi utriusque familiae libros vidi conspirare; codicibus autem discrepantibus recte iudicata eorum auctoritate eorumque cognatione eius maxime familiae sequerer libros, quae altera antiquior etiam magis sincera videtur servavisse scriptoris verba, dico eam familiam, cuius princeps et praestantissimus liber est codex Florentinus Courerii. Haec autem non ita posse intelligi, ac si temere nulloque iudicio caecus libris istis adhaeserim, nec usquam praestantiores quas alterius familiae libri, quibus omnibus cod. Romanum Courerii antestare supra significavi, tuentur scripturas receperim, ex adnotationibus patebit. Neque felices facilesque doctorum hominum correctiones, ubi omnes libros vitio contaminatos esse intellexi, sprevi. Ubicunque vero altius latent vitia, quae priores editores violenta et parum probabili sanavisse sibi visi sunt medicina, malui corruptam in verbis reponere vulgatam, quae fortasse postero tempore antiquiore libro reperto poterit sanari, aut eligere e codd. scripturis eam, quae proxime ad verum accedere videbatur, quam incerta hominum doctorum commenta pro scriptoris verbis venditare. Nec magis ego

servavi editorum supplementa etiam probabilia iis locis, ubi aperta scribarum oscitatione aliquid intercidit, ubi neque quid illud fuerit neque in quo loco exciderit, certo possit definiri. Quibus autem locis et sedes, quam olim tenuerit, et vox ipsa probabili coniectura ab aliquo esset reperta, eam ego cancellis quidem circumseptam recepi. Unum tantum ex eo genere mihi videbatur tam certum esse, ut de eius veritate nulla posse moveri dubitatio videretur, nimirum [illegible] l. IV. c. 8: quod Schaeferus reponendum esse perspicuo iudicio assecutus est. Si qui autem sunt, qui mirentur, quid sit cur saepius elegantibus et commodis criticorum coniecturis codicum scripturam non admodum elegantem praetulerim, ii velim considerent, quam parum certo iudicio apud tales eius temporis scriptores, quales neque sano amplius pulchri sensu neque puro incorruptoque sermone utuntur, exerceri possit crisis, apud quos non raro illaberis in eam difficultatem, ut nescias, utrum ipsius scriptoris, an librariorum diiudicanda sint peccata; in quo non semel is, qui severae criseos lege singula quaeque velit examinare, etiam in hac fabula cunctarie offendet. Quod autem ad verborum, quae duplici modo possunt scribi, scripturam attinet, in qua neque libri sibi esse constantes, ex adnotatione Villoisoni ad l. II. c. 7. p. 94 sq. patet, neque editores qua debebant religione codd. consuluerunt, quum plerumque quo magis nostrum scriptorem redderent Atticum, fere ubique eam formam, quam altera meliorem iudicarent reponerent, id quod ex multis Villoisoni adnotationibus disces, Courerium sequi videbitur, qui magis quidem quam ceteri codd., non tamen omnibus locis libros suos secutus est; qui quidem etiam, quod praetermitti nequit, nonnunquam

de libris suis locque vulgatam mutavit; id quod maxime de voce θάλασσα valet, quae, quum in prioribus edd. ubique θάλαττα esset scripta, quam constantem scripturam a Columbanio profectam indico, ille nonnunquam θάλασσα scripsit, plerisque quidem locis libris suis allatis, nonnullis nulla eorum mentione facta, plerumque tamen vulgatam θάλαττα toleravit.

Itaque non miraberis, si θάλασσα legis in hac, quemadmodum in Courierii editione, locis hisce: I, 1 bis. 28. 30 bis. 32. II, 12 bis. 14. 15. 16. 12. III, 1. 2. 28. IV, 22. 31. θάλαττα contra servatum est: I, 22. 30. II, 12 bis. 14. 15 bis. 16. 17. 19. 25. 26. 30. III, 21 bis. 22 ter. 27. IV, 3. 22. παραθαλάττιος II, 20. ἐνθαλαττεύειν II, 12. Ubique autem intactas reliquit ille voces has: κιττός, περιττός, κιττοφάγος, κρείττων, μέλιττα, ἧττον, ὀρύττω, κατορύττω, νύττω, ἀπαμάττω, ἧττα, ἡττᾶσθαι, φάττα, γλῶττα, νεοττός, νῆττα, ἐρέττω, πράττω, συντάττω, διαλλάττομαι, πλάττω, μισάττομαι, quib. adde [illegible] et τήμερον. Contra, quamquam alias ἀπαλλάττομαι et φυλάττομαι, tamen ἀπαλλάσσομαι IV, 26. φυλάσσομαι IV, 21. ἐκπλήσσειν IV, 33. τέσσαρες autem, quod I. 11. in prioribus editionibus legebatur, mutavit Cour. in τέτταρες, quam formam etiam priores editiones servant Pr. 2. I. 19. IV. 33. τέσσαρας autem in cod. A. clausula legitur. Neque dubitavi ex optimis libris reponere formam κάειν III, 10. et κλαίειν, I. 28. cum Cour. servare, quamquam κλάειν et comp. leguntur III, 10. 14. IV, 8. 17. 23. et κάειν et comp. I, 22. II, 7. 8. III, 10. 13. al. Etiam in augmento verborum δύνασθαι, et eorum, quae syllaba ευ incipiunt non constans usus. Reperies III, 16. ἐδυνήθη, quamquam I, 26. III, 13. ἠδυνήθη; ηὔχετο est II, 2. 24. 26.

IV, 9. 10. 18. 33. ηὔξοντο IV, 32. ηὐτρέπιζον III, 9. et [illegible] IV, 25. contra εὔχετο II, 2. 4. et εὐδαιμόνιζον IV, 33. ne εὑράμην et εὑρέθην commemorem. Plusquamperfecti mediae et passivae formae augmentum reperies I. 22. ἐπεπαίδευντο, ceteris autem locis (nonnullis quidem auctoritate codd. A B) omittitur: I, 4. πεποίητο. 11. μεμίμητο. 12. πέπρωτο. ibid. πέ-πασσο. II, 2. πεφρούρητο. 19. et 35. πέπαυντο. 26. σε-σύλητο. 35. κεκόσμητο. ibid. πεποίκιλτο. III, 19. πε-παίδευντο. 33. τετρύγητο. IV, 2. ἐκπέπτατο. ibid. εἴρημη-το καὶ διακεκόσμητο. 8. ἀποκεκόσμητο. 31. πεπλήρωτο. Non maior, etiam in prioribus editionibus constantia in formis praepositionis εἰς, cuius altera ἐς in plerisque locis comparet: I, 4. 5 ter. 6. 9. 10. 12. 13. 17. 21. 22 bis. 23. 26. 28 quater. 30 quater. 32. II, 1. 2 bis. 3. 4. 5 bis. 6. 7. 9. 13. 15. 17 bis. 19. 21. 23. 24. 25. 26 bis. 28 ter. 30. 31. 34. 35. 37 bis. 38. 39 quater. III, 2. 3. 4. 7. 9. 10 bis. 12. 15 quater. 16 bis. 19. 20. 21 quater. 22 bis. 23 bis. 38. 39 quater. III, 2. 3. 4. 7. 9. 10 bis. 12. 15 quater. 16 bis. 19. 20. 21 quater. 22 bis. 23 bis. 25. 27 bis. 28 ter. 31 bis. 33. 34. IV, 1. 4. 5 bis. 7. 9. 11 ter. 12. 13. 14. 15 bis. 16. 17 bis. 19. 20. 21. 23. 25. 28. 31. 33. 34. 35. 37 bis. 40. altera ἐς autem I, 8. 11. 27. 32. II, 1. 8 bis. 13 bis. 14. 17. 20. 24. 25. 34 ter. III, 4. 5. 9. 12. 13 bis. 18. IV, 4. 5. 6. 19. Posterior autem nusquam repetitur in compositis, sed ubique: εἰστρέχειν, εἰσέρχεσθαι, εἰσελαύνειν, εἰσιέναι, εἴσπλους, εἰσκομίζειν caet., et nusquam ἔσω sed semper εἴσω. Hanc autem in verborum scriptura inconstantiam non tolli posse, nisi accurate denuo praestantissimis utriusque familiae codicibus collatis, manifesto apparet.

Sed iam referendum, quid de Courerii in textu mutationibus deque eius coniecturis in adnotationibus propositis statuendum esse iudicaverit Struvius. Quo negotio ut rite perfungar, omnes, etiam ii loci, ubi viro acutissimo assentitur, mihi sunt enumerandi; quum nonnunquam etiam iudicium de respuenda et recipienda scriptura arbitrio permittat editoris. Pro. 1. *εἰκόνος γραφήν*. Vituperat Cour. in notis accedentem ad Brunckii coniecturam, et retinendum censet, quod praestantioris familiae codices exhibent, *εἰκόνα, γραφήν*. quod ita quidem explicat, ut *εἰκών* certius definiatur voce *γραφήν*, vertens: *Ich sah in Lesbos den schönsten Anblick den ich je sah, eine Abbildung, ein Gemälde, eine Liebesgeschichte.* Etsi ego hoc in loco libenter cum viro doctissimo in reiicienda Brunckii coniectura consentio, ita ab eo discedendum esse credo, quod ad codd. attinet scripturam. Etsi enim non nego, illam scripturam *εἰκόνα, γραφήν*, quae per se quidem tolerari potest, inde magnam habere commendationem, quod praestantiores in ea consentiant libri, habet autem eam incommoditatem, quod tum duo se exciperent vocabula, quorum utrumque voce sequente explicaretur. Quod enim sequitur *ἱστορίαν ἔρωτος* est definitio vocis *γραφήν*. Et haec quidem causa erat, cur hoc loco ab altera librorum familia genuinam lectionem servatam esse putaverim; ab illa autem errorem librariorum syllabam finalem v. *εἰκόνος* non recte legentium, quod saepius factum esse constat, esse propagatum. — *ibid.* *καὶ τῶν ξένων* prob. — I. I. c. 1. *τῆς Λέσβ.*, articulus utrum sit recipiendus an minus, arbitrio permittit editoris. — *ὄρη θηροτρόφα*. Reiicit Cour. commentum *ὕλην θηρ.* cll. c. 9. et c. 10. — *ibid.* *καὶ ἡ θάλ. προσέκλυζεν ἠϊόνα ἐκτεταμένη*

ψάμμον [illegible], probat et [illegible] librorum scripturae emendationem. Facilior mihi videbatur et sententiae non minus conveniens Brunckii, quam recepi. — 2. γάλακτος. θαυμάσαι utrum hoc, an vulgata sit sequendum, in arbitrio editoris positum esse dicit. — χλανίδιον praefert χλαμύδιον propter IV, 21. — 3. τῆς δὲ ἐπιλοιπαίοις — παῖς εἶδε τρεφόμενον, prob. εἶδε propter c. 4. καὶ σύμβολα καὶ θεάσασθαι et c. 4. διηγεῖται τὰ ὀφθέντα, δείκνυσι τὰ εὑρεθέντα. et illi assentitur in eiiciendo articulo αἱ. Tacetur autem ὅδε, idque, ut hac in editione factum est, ὃ δὲ scribendum censet. — 4. τὸ ἔσωθεν — τὰ ἔξωθεν, prob. — ibid. τὰ ἀγάλματα τῶν Νυμφῶν αὐτῶν. Hanc vulgatam lectionem contra Cour. defendit. — ibid. πεποίηντο, prob. — ibid. τρίτον τοῦ ἄντρου etc. Dissentit de hoc loco senando cum Brunckio, Courerii coniecturam violentam quidem, sed sententiae convenientem vocans. — ib. ἀπολαυστικός non diiudicat. — 5. ἐξηρπάσατο, videtur prob. — ibid. ἤδη etc. ἦν ὁ μὲν, prob. — ἰδεῖν τὰς N., vocem ἰδεῖν eiiciendam censet. p. 563. — ibid. τὸν Δάφνιν prob. propter τὴν Χλόην. — 6. ἤχθοντο μὲν οἱ ποιμένες ἔσοιντο καὶ οὗτοι. De hoc loco agit p. 563, ubi sibique magnopere placere Courerii coniecturam indicat: in qua sententia cum Viro Egregio stare ex parte facere nequeo. Quamquam enim non contendo, id quod contendi nequit, quam sibi exhibeant lectionem sua recto stare tale, est tamen talis qualis Courerii est coniectura, nimis violenta, quum quod ab omnibus libris munitur vocab. αἰπόλος expunget. Facilior mihi videtur id esse, quod ego vestigiis insistens optimorum librorum reperi. — ibid. δὲ ἦν αὐτούς. Reprobat Courerii commentum ἦ. — ibid. πᾶς ποιμαίνειν. Haec Cour.

coniecturam, quam probat Struvius, praestat eo quod ego edidi. Recte animadvertit Struvius, corruptas voces ἀνιμένειν et ἀπιτέμνειν satis indicare, qui illud ποιμαίνειν in δεῖ ποιμαίνειν potuerit transire. Ceterum quod in adnotatione indicavi, mihi videri illud δεῖ (Urs. et Flor. carere, in idem etiam Struv. incidit. — 9. οὐδὲ ἁπαλοῖς improbat, et idem quod Boiss. censet scribendum esse οἷα. p. 554. — ibid. ἐπέφερον, non illud. — 10. ἀνειλομένη πόθεν ἐξελθοῦσα, acutissimam dicit Courerii coniecturam ἐξ ἕλους pro ἐξελθ. — ibid. ἔπλεκε, prob. — 11. πολλάκις. Non a vero absimile esse dicit id, quod Cour. coniecit πολλὰ πολλάκις. — 12. Iure improb., quod Cour. huius capitis initium pro mutilo habuit. — ibid. ζῆλον καὶ τὴν [illegible] Quod excogitavit Cour. reprobat, et tuetur vulgatam. Iure. — ib. [illegible] γένους, improb., et tuetur vulg. — ibid. καλεῖ [illegible] βουκόλον, prob. — ibid. [illegible] prob. — ὑπὸ στελέχει improb., et defendit vulg. — ibid. assentitur Courerio prius οὐδὲν in vv. ἐπέτρωσε μὲν οὖν οὐδέν, οὐδὲ ἥμαξε οὐδέν, expungenti, duplex οὐδὲν incommodum dicens. At vereor, ne ea ratione scriptoris potius verba quam librariorum error corrigatur. — 13. ἐν ᾧ ἡ πηγή, v. Addend. — 18. ἐργάζεσθαι, probat, docens ἐργάσεσθαι ab iis esse profectum, qui quod contineret supplementum ignorarent. — 19. γεωργικῶν τινῶν, genuina esse demonstrat, eiusque rei rationem exponit p. 558. γεννικῶν pro γενικῶν probabilem vocat coniecturam, quamquam etiam aliud quid latere posse censet in corrupta scriptura marg. Par. III: καὶ τῶν μηλῶν p. 559. — ibid. τοὺς μὲν δῶρον. Laudat quod Cour. τυροὺς eiecit. — ibid. ἐνέβαλε prob. — ibid. εἰ λαμβάνει prob. Et optativus et indicativus mihi recte se

habere videntur; neque dubitavissem indicativum recipere, modo unus praeter A. codex idem exhiberet. Quoniam autem ex nullo praeterea libro optativus enotatur, illam lectionem cod. A librarii errori deberi credidi, considerans quam exiguum quod ad litterarum ductus attinet sit discrimen inter utrumque modum. — ib. περιπέσῃ.*) — ib. ἀκάνθαις, βάτοις, prob. — 21. οἷα δή reprobat, scribi iubens, quod hac in editione legitur οἷα δή. Sed vide ipsum de ea re accuratissime exponentem p. 577 sq. — ibid. κατὰ τοῦ δέρματος. — τοὺς μὲν δὴ κύνας, prob. — 21. ἄθηλόν τι prob. — 22. ὅρος ἦν ἤδη τέλος reprob., docens vulgatam sinceram esse. — ibid. γλυκεῖα δὲ ὀπώρας ἀδμή, propter concinnitatem vulgatae praeferendum esse demonstrat. — ibid. spernit Cour. commentum ᾄδειν pro εὕδειν. — 24. ἐπ' ἀνθοῦν, videtur prob. p. 567. non tamen diiudicans de Courerii commento ἐπ' ἄθρουν p. 575. — ibid. διακρίναντες prob. — ibid. ἐπέτρεχεν. — ibid. διδάσκειν ἁμαρτάνουσαν, prob. — ibid. τὴν Χλόην, idem censet quod c. 1. de τῆς Λέσβ. — ibid. κατεφίλει. — 25. συρίττοντος δὲ αὐτοῦ τὸ μεσημβρινόν prob. — ibid. καὶ ἅμα καθ' αὑτὸν ἠρέμα, quid de hoc loco statuerit, ex ipsis Viri doctissimi verbis intelligas, quae leguntur p. 559: „καὶ ἅμα καὶ αὐτῇ ἠρέμα ὑπεφθέγγετο. *Eine „Auctorität für die Lesart* καὶ αὐτῇ, *welche von der* „edit. princ. *an in allen Ausgaben steht, hat uns mit „Sicherheit erst Couriers Ausgabe gegeben. Alle „Codd., ausgenommen* A. *der mit der Lesart der Aus-*

*) Hoc loco et in seqq. ubi nihil praeter verba Graeca vides allatum, has Courerii mutationes Struvius attulit nullo addito iudicio.

„gaben übereinstimmt, also N. V. [Flor. Urs.] I. II. III. [Parr.] und B haben καὶ ἅμα κρύφα ἤρεμα ὑπεφθ. Dass hier κρύφα eine Glosse von ἤρεμα ist, muss sogleich eingesehen werden. Villoison nun conjecturirte καθ' αὑτὸν statt des immer gezwungenen καὶ αὐτῇ, und Courier hat dies aufgenommen, die Conjectur eines Andern durch den Asteriscus in der Note anzeigend. Brunck hatte diese Conjectur auch gebilligt; Boissonade dagegen wollte κρύφα oder καὶ αὐτῇ ganz aus dem Texte werfen, und meinte Courier habe zu hitzig (calidius) Villoisons Vermuthung in den Text genommen. Ich würde ihm beistimmen, wenn ich nur irgend eine Erklärungsart finden könnte, woher καὶ αὐτῇ stammte, oder was derjenige, der es unbefugt in den Text setzte, damit beabsichtigt habe. Und so scheint mir Villoisons Vermuthung immer noch das Beste zu sein." — Quum in iis, quae sequuntur, exposuerit, quae ratio sit editionis principis, quique factum sit, ut ex illo ipso codice quem illa editio descripsit variantes enotatae sint lectiones, tribus illis explicandi rationibus, quas supra attulit, ubi de ista editione sermo erat, propositis, sic pergit: „Welche von diesen drei Möglichkeiten ich für am wahrscheinlichsten halten soll, weiss ich nicht. Doch für die Stelle, wovon jetzt die Rede ist, möchte es wohl sicher sein, dass beide Lesarten καὶ αὐτῇ sowohl als κρύφα Columbanius vor sich fand, ohne dass zu entscheiden ist, welche im Texte, welche am Rande. Denn καὶ αὐτῇ kann nicht aus blosser Conjectur dieses ersten Herausgebers in seinen Text gekommen sein, da man gar nicht einsehen kann, wesshalb er diese wenn auch einer Erklärung fä-

„lige, doch immer harte Veränderung, für das leicht „verständliche wenn auch pleonastische κρύφα, mit „dem es dazu gar keine Aehnlichkeit hat aufsuchte. „Und nun ist noch, wie schon gesagt, ein wichtiges „Zeugniss für καὶ αὐτῇ aus cod. **A** *beigebracht wor„den. Wenn man eine handschriftliche Begründung „für καθ' αὐτὸν hätte, so könnte man bei einiger „Kühnheit, wie sie jetzt nicht selten Mode ist, bei„des κρύφα und ἠρέμα streichen. Man kann für „sich sprechen beides laut und leise. Das Leise „liegt aber schon in der Präposition von ὑπεφθέγ„γετο, und das einfache καὶ ἅμα καθ' αὐτὸν ὑπε„φθέγγετο ist für denselben Sinn hinreichend. Doch „lege ich selbst dieser Vermuthung gar keinen Werth „bei."* Quae de hoc loco accuratissime disputavit vir doctissimus, ea omnia ipsius verbis repetenda esse putavi, quo melius eius sententia de loco difficillimo eiusque demonstrandi ratio possit perspici. Si autem quaerimus, unde Columbanius scripturam *καὶ αὐτῇ* inverbis posuerit, quamquam non certo potest effici, utrum e marg. an e textu illius codicis, hoc certe iure posse affirmari credo, eam illi libro, in quo illae supra allatae et cum **A** consentientes siglo *Flor.* enotatae scripturae comparent, esse assignandam, contra alteram *κρύφα ἠρέμα,* quam Flor. exhibere perhibetur, eius esse codicis, e quo ceteras cum alterius familiae scripturis consentientes lectiones recepit. Iam vero, quum ut supra est demonstratum, illae *Flor.* siglo allatae scripturae plerumque cum **A** congruant, hic autem ipse ille *Flor.* ab altera stet familia, et certum sit, utramque scripturam, ut Struvius effecit, Columbanium reperisse non alterutram excogitavisse, inde sumamus necesse est,

sigl. *Flor.* alterum hoc loco, non eum, e quo illae supra allatae scripturae sunt petitae, significari, et id quod supra posui, confirmatur, textum editionis principis esse compositum e duobus libris *) manuscriptis. Eorum autem librorum alter, id quod supra commemorare praetermisi, quem maxime secutus est Columbanius, stat a parte Parisinor. codd., alter ad priorem et antiquiorem pertinet familiam. Illarum autem lectionum utra sit praeferenda si quaeritur, non difficilis videtur esse responsio, nimirum *καὶ αὐτῇ*, si quidem ea ratione potest ferri, qua in adnotationibus significavi. Nam facile mihi videtur posse explicari, qui vocula *κρύφα* verbis *καὶ αὐτῇ* substitui potuerit. Nimirum quum margini libri illius, e quo ista fluxerit codd. familia, illa vox esset adscripta, facile fieri potuit, ut librarius oculo ab illo *ἅμα* in marginem aberrante omitteret voces *καὶ αὐτῇ* earum loco *κρύφα* in verbis collocans, quem librum qui deinde descripserunt librarii bona fide illud *ἅμα κρύφα ἠρέμα* propagarunt. — *ibid.* *οἷον καθεύδουσιν ὀφθ.*, prob. et ita iam pridem se correxisse dicit. Utrumque mihi videtur dici posse, quamquam illud quod hi duumviri repererunt est magis ex usu. — *ibid.* *φιλῆσαι.* Vulgatam non esse reiiciendam censet. — *ibid.* *ὀκνῶ δὲ καὶ μή*, prob. — 26. *ἐν τοιούτοις* prob. — *ibid.* *τῆς Χλ.* — *ibid.* *ἰδοῦσα δὲ καί.* Quod hic Cour. scribend. censuit *δέ γε*, an recte factum sit,

*) Quae h. l. de duobus libris dicta sunt, ea non ita posse intelligi, ac si praeter Alamannii cod. alium adhibuisse Columb. statuerim, ex iis, quae supra dicta sunt, patet. Duos libros dico textum et marginem illius codicis Alamannii, qui margo quas exhibet varias lectt., eas ex alio libro fluxisse ipse retulit Columban.

dubitat, praesertim quum Long. raro ista particula utatur. Sic statuit etiam c. 20. de eadem Courierii mutatione. Iure. — ibid. *ἐνέβαλε*, aoristum praefert. — 27. *καὶ τῆς Χλ.* idem censet, quod supra c. 2. de *τῆς*: *φάλακρας*. *Θαυμάσας* — *ibid. παρθένος οὖσα καλή*, prob. non iudicans de Cour. coniectura in Add. prolata, *ὡς εἶ σύ*. Mihi videbantur propter *οὖσα κτλ. ὡς σύ*, quae facile intercidere potuerunt, requiri. — *ibid. αἱ βόες τῇ φωνῇ παραδόμενον*. Iure respuit Cour. commentum *β. ἡσθεῖσαι τῇ φ.* — *ibid. ἀπομοῦσαι. τόνδε τὸν ὄρνιν* — *ἀείδειν*. Hoc l. Sturzius vulgatam defendit eiecto tamen e Flor. articulo *τόν*, quo quidem eiecto facilior intellectu redditur locus. Sed etiam vulgata potest mea quidem opinione ferri, si intelligatur subaudita voce *αὐτήν* sic: *Und sie machten sie zu diesem Vogel hier, der* etc. quemadmodum rectissime transtulit Iacobs. De pronom. saepius apud nostrum omisso cf. ad l. c. 2. — 28. *ἀκμάζουσαν καὶ τοῦ βότρυος*, iure Courer. in librorum scriptura acquievisse significat p. 564 sq. — *ibid. τινὰς καὶ βοῶν*, etiam de hoc l. ita iudicare videtur. — *ibid. ἀλύουσα περὶ τὴν θάλ.* — *ibid. καλὸν καὶ κρείττονα* — *ἐπὶ τὴν ναῦν*, praefert vulgatae. — *ibid. δῶρον κομίζουσα*. — *ibid. αὐτὴν βοῶντος*. — 29. *φερομένου*. — *ibid. ἰδὼν δέ γε*, v. ad c. 26. — *ibid. κἀκείνους ἀπόλεσον*, quod h. l. Cour. scribendum censuit *κἀκείνους κακοὺς κακῶς ἄγε*, iure improbat, quum membrorum concinnitas hac mutatione tollatur. — *ibid. Δάφνιν μέν*, prob. propter sequens *σὲ δέ*. — 30. *ἅμα τῷ φιλήματι*, prob. — *ibid. ἦν ἐκνυπ.* non esse addendum censet. — *ibid. ἀπελούσατο*, prob. — *ibid. καὶ αὐτῶν ἰχθύων*, egregiam vocat correctionem, partim quod pronomen ipsum non conveniat loco, partim quod, si esset prono-

tinui locum αὐτῶν τῶν ἰχθ. [illegible] [illegible]. Quod ad posterius attinet argumentum, in adnotationibus dictum est. De priore autem in I. pauca dicenda esse videntur. Pronomen αὐτὸς enim non solum posse ferri, sed potius huic locum si cuiquam alii esse aptissimum concedes, si, quae est in voce αὐτὸς oppositionis significatio, quae aliis locis magis, aliis minus manifesta est, eam etiam hoc in loco agnoscas, ita ut ἔνυδροι ὄρνιθες et ἰχθῦς sibi opponantur, cuius oppositionis ea vis est, ut vox posterior acuatur maiusque accipiat pondus. Dicit igitur scriptor: bos in natando tantum ab avibus aquaticis et quod per se intelligitur a piscibus, qui quidem illa natandi facultate ab aliis animalibus differunt, superatur. Neque dubito quin eam significationem Germanico in sermone pronomine eodem possimus exprimere hoc modo: *Der Stier steht im Schwimmen nur den Wasservögeln und den Fischen selbst nach.* — 31. καὶ οἰκεῖται μὲν δή, utrum hoc, an vulgata καὶ ἔχει sit praeferendum, iudicatu difficile esse sit. — 32. καὶ αὐτὸ τὸ πνεῦμα — ἐξέπνει. ἐξέπνει contra Cour. [illegible]; pronomen autem αὐτὸ corruptum esse eiusque loco οὗ τὸ scribendum censet. Etiam hoc loco pronomen posse explicari puto eadem fere ratione qua supra c. 30. quamquam hic non tam certo affirmaverim. Opponitur πνεῦμα voci καρδία. Idem videtur Iacobs censuisse, qui pronomen in vertendo expresserit. — ibid. ταῖς πρότερον ἐπιδρομαῖς verisimilem quidem non tamen prorsus necessariam vocat correctionem, id quod etiam ego puto. Praeterea dixit Struvius de locis hist. l. I. c. 1. hic tuetur praepos. ἀλλά — c. 2. eliminandum censet a [illegible] fero intrusam vocem ῥεῖθρος p. 302. ut eadem quidem de causa, qua Brunck. Idem [illegible] — c. 3. de [illegible]

tung. Har. III. a librario non iusto loco adscripta in idem mendum incidit p. 561. — c. 27. init. praefert scripturam a me repositam ἀγρὸν. — c. 28. scripturam ὡς ἴσως μὴ δουλεῦον qui omni potuerit explicat dicens: „Die Vulgata ὡς ἴσως μὴ δου. zeigt wohl dahin, dass eine sehr alte Lesart war: ὡς δουλεῦον. Hiezu schrieb einer an den Rand ἴσως μὴ d. h. statt ὡς muss es wohl μὴ heissen. Und darin hatte er Recht, denn die Negation darf nicht fehlen, mag nun Longus μή oder ὡς μή geschrieben haben." — c. 30. τῆς ὥρας οὔσης καυματώδους. Hoc loco mutationem vulgatae καύματος in καυματώδους non necessariam esse credit dicens: „Kann man denn nicht ὥρα καύματος sagen? *Da es noch Zeit der Hitze war.*" Quod quamquam non infitior, tamen propterea Bernardi coniecturam non dixerim supervacaneam, quum, si amplecteris explicationem Struvii, articulus certe esset addendus voci καύματος, qui tum abesse nequit.

Quae de his locis non minus accurate, quam de codd. familiis, a Struvio sunt disputata, in quibus plerisque eum mecum consentire non sine gaudio cognovi, ea leguntur p. 560—566. paucis exceptis, de quibus quum alia tractaret, in transcursu dixit. Ea si consideraveris, facile intelliges, quam recte et iuste de Courerio, quid ille praestiterit in corrigendo scriptore nostro, indicaverit. Singulis de locis cur mihi aliter quam Viro Egregio statuendum visum sit, ubi non in adnotationibus rationem exposui, breviter hoc loco dixi, ne forte quis crederet, ubicunque nullam reiectae aut receptae lectionis reddidi in adnotationibus rationem, iis locis temere me nulloque consilio egisse.

Reliquum est ut significem, me editionem nullam praeter solam Iuntinam dignam habuisse, quae ubi, codices discrepent commemoraretur; quum nulla praeter illam habeat auctoritatem criticam quam vocant. Commeliniana enim, quae proxime principem est secuta, hanc, ut recte Villoisonus Proll. p. LVIII animadvertit, prorsus descripsit, neque ullus liber manu exaratus in ea paranda consultus est. Sunt quidem in ea pauca et ea levia quidem illius editionis menda correcta, sed pluribus locis novis vitiis est contaminata. Neque Iungermanus, Mollius, Bernardus, Bodenius, Mitscherlichius qui deinde sunt secuti editores ex libris manuscriptis petere poterant auxilium, quamquam non raro, et praecipue is, quem primo loco posui, ex ingenio praeclare librariorum menda sustulerant. Neque Dutensius, qui quidem nonnullis locis codd. Parisinos contulit, novam exhibuit huius fabulae recensionem. Inde intelligitur, cur horum editorum non fecerim mentionem, nisi ubi aut codd. lectioni immerito antea reiectae sunt patrocinati, aut scribarum menda probabiliter correxerunt. Villoisoni contra Schaeferi et Courerii textus quibus locis ab eo quem hac editione dedi recedit, ii adnotati sunt in Var. Lect. Graecis subiecta. Passowiana, quae fere tota pendet e Schaeferiana, ubi ab ea recedit, in adnotationibus allatum est. Praeterea mihi est commemorandum, quae enotata est diversitas editionis Corais quaeque eius coniecturae allatae sunt, eas deberi Sinnero, quum illam editionem ne viderim quidem. Ceterum omnium Longi editionum eiusque versionum qui desiderat indicem, eum ego ablego ad Sinnerum Praef. p. XVI sqq. qui omnia quae ad notitiam Longi litterariam pertinent congessit, quibus addenda est quae post

illam editionem prodiit versio Iacobsii hoc titulo: *Longus Hirtengeschichten von Daphnis und Chloe in vier Büchern. Uebersetzt von Friedrich Jacobs, Hofrath zu Gotha. Stuttgard* 1832. 12.

Scripsi Lipsiae Calendis Novembr.

a. CIↃIↃCCCXXXIV.

VILLOISONI PROLEGOMENA.

Offero tibi, Lector erudite, Longi textum fere novum et diligentissima octo codicum ac septem editionum collatione, nostris qualibuscunque et multo praestantioribus doctissimorum virorum coniecturis et animadversionibus, seu hactenus ineditis, ut clariss. Valckenarii, Wyttenbachii, Herm. Tollii, Hinlopen, Larcherii, Huetii etc. seu iam editis, sed plerisque per varios dispersis libros, ut clariss. Abreschii, Alberti, Bernardi, Bergleri, Bodeni, Columbanii, D'Arnaud, D'Orvillii, Dutens, Elsneri, Dan. Heinsii, Hemsterhusii, Heusingeri, Iungermani, Koenii, Lennepii, Marklandi, Mollii, Mureti, prioris editoris Parisiensis, Reiskii, I. F. Reitzii, Ruhnkenii, Rhodomani, Toupii, Ursini, Victorii, Warton, Wesselingii, etc. sedula fontium quibus hortulos suos irrigavit Longus investigatione, perpetua locorum similium et imitatione expressorum comparatione, rituum veterum, venerum Atticarum et verborum proprietatis expositione, accurato variarum et lectionum et interpretationum delectu, infinitis in locis illustratum atque emendatum. Eo autem libentius novam Longi toties recusi editionem suscepimus, quod huiusce dulcissimi ac suavissimi scriptoris liber et lectu "sit dignissimus ut ait Muretus, Var. Lect. l. IX. c. 16. et huc usque depravatus ac corruptus, multis scatuerit mendis, quae sine manuscriptorum librorum ope, a duobus postremis editoribus, viris longe doctissimis mihique amicissimis, quorum summam eruditionem veneror, tolli non poterant, cum praeterea illis, qui ut codicum, sic notarum adhuc ineditarum subsidio destituti essent, quique maioribus intenti et ad graviora suoque felicissimo ingenio digniora, festinantes transvolarent, libellos criticos evolvere, et ex iis ea quae ad Lon-

gum pertinent excerpere, fontes e quibus suos rivulos duxerit Longus commentari et indicare et quidquid conferre potuissent e reconditae suae doctrinae thesauris depromere, non vacaverit.

Non solus autem politissimus Muretus Longi, quo ne Athenas quidem ipsas magis Atticas, et cuius sermonem ipsae Gratiae videntur finxisse, veneres praedicavit, sed etiam multi alii elegantissimi viri, peritissimi elegantiae arbitri et aestimatores, in hoc consensere. Sic Politianus Miscell. L. I. c. 2. quatuor extare Graece dicit nimis quam libellos elegantes *Ποιμενικῶν* titulo; ut Iosephus Scaliger, qui a Iungermano in praefatione laudatus, hunc auctorem amoenissimum esse dicit eiusque *χαρακτῆρα* eo meliorem, quo simpliciorem et *ἀνεπιτηδευτότερον*; ut ibidem Daniel Heinsius Longo nihil simplicius, venustius nihil esse affirmat eumque p. 198. ed. Iungerm. cum Koenio ad Gregor. de Dialect. p. 7. et 196. suavissimum vocat; ut venustissimum Lennepius, Animadv. ad Coluthum t. I. c. 12. p. 57; sic summus Hemsterhus. Miscell. Obss. vol. III. tom. 3. pag. 402. Xenophontem Ephes., eiusque, ut ait, styli inaffectati simplicitatem quamdam naturalem laudibus extollens, eum ad Longi colorem scribendi et articulos orationis intercisos prope accedere contendit. Unum adiiciam gravissimum viri summi nobisque amicissimi, Davidis Ruhnkenii iudicium, qui in literis ad me datis, 1. Iun. anni 1776, haec scribit: „Multum delector tuo Longi expoliendi instituto. Qui scri„ptor cur Sophista appelletur nescio: certe tantum abest, „ut eius stylus sit sophisticus, ut contra spiret nativam et „venustam simplicitatem.“ Enimvero Longus primum a Iungermano salutatus est Sophista; qui editor, quamvis in nullos huiusce scriptoris codices *) incidisset, de suo tamen dedit, et in suae editionis fronte apposuit, *Λόγγου Σοφιστοῦ*; quem *Σοφιστοῦ* titulum hinc in omnes posteriores

*) Minus accurate de nostro cl. Fabric. Biblioth. Gr. vol. VI. l. V. c. 6. art. 8. p. 813. „Longus . . . vix cuiquam veterum memoratus, in Iungermani codice vocatur *Σοφιστοῦ*.“ Nulli enim veterum memoratus fuit Longus, nec ullum eius codicem inspexit, aut habuit, Iungerm.

editiones, imo et in hanc nostram, receptum fuisse nollem; cum recte a prima omnium Iuntina, a secunda Commeliniana, et a tribus codicibus Regiis absit.

Quisnam autem fuerit Longus ille, de quo nihil prodiderunt veteres, sed quem recentiores tantopere laudaverunt, ut ait Columbanus p. 79., cuiusque nomen originem Latinam indicat, non magis statuere possumus, quam seculum quo vixerit assignare, vel saltem coniectura assequi. Pariter enim secundo circiter, aut quarto, vel etiam quolibet alio floruisse seculo, videri potest. Nam cum scriptor ille purissimus, veteris simplicitatis et intercisae orationis, ac elegantiae Atticae studiosissimus et felicissimus imitator, veteres semper ob oculos habuerit, semper eos expresserit, in suum succum et sanguinem converterit, hoc pariter secundo, quarto et quolibet alio seculo fieri potuit ab homine, qui velut conceptus et subactus fuerit in veterum lectione, non illa quidem cruda, sed quae multa iteratione mollita et confecta memoriae imitationique traderetur. Quemadmodum autem natura fit, ut qui in sole, quolibet seculo, vel qualibet regione ambulat, is coloretur: sic qui veteres libros frequentius quolibet seculo versat et in veterum monumentis veluti habitat, sentit orationem suam illorum tactu quasi colorari; nec proinde illius antiquitas inde colligenda est, quod eius stylus ad veterum dicendi colorem proxime accedat. Nam, exempli gratia, si memoriae ac literis proditum non fuisset, quo seculo Muretus, Bembus, Vida etc. floruerint, quis post mille annos certo statuere posset eos decimo-sexto potius, quam decimo-octavo seculo, tam feliciter antiqua illa Ciceronis et Virgilii exemplaria imitando expressisse? Posteriores autem scriptores Graeci illos veteres Homerum, Platonem, Demosthenem, Thucydidem etc. a quibus quanti sunt, magna ex parte facti sunt, eodem prorsus modo imitabantur, quo Ciceronem et Virgilium, etc. non solum Muretus, Bembus, Vida etc. sed etiam alii multi qui, post renatas literas, Ciceroniani dici et haberi volebant, quique interdum Tullium et Maronem non tam exprimebant, quam describebant. Unde perpetua illa veterum lectione et imitatione factum est, ut posteriorum scriptorum Graecorum,

quibus suus non erat scribendi color, non proprius orationis aspectus et facies, non propriae dicendi formae figuraeque, sed qui alienas effingere et veluti ex ore imaginem exprimere conabantur, aetas vix ac ne vix quidem dignosci et assignari possit; cum hoc unico discrimine discernantur ea omnia opera, quae diversi scriptores iisdem veterum scriptis quam simillima reddere voluerunt; quod his aut illis, melius aut secus, veteres effingentibus felicius aut infelicius, imitationem cessisse deprehendimus: et hoc quidem non tam ex scriptorum aetate et seculo, quam ex illorum ingenio et iudicio aptum et suspensum erat. Frustra igitur cl. Fabricio in Bibl. Gr. vol. VI. l. V. c. 6. art. 8. pag. 813. Longus post Heliodorum scripsisse videtur, eumque locis quibusdam imitatus esse. Nam quis cl. Fabricio declaravit Heliodorum potius a Longo, quam Longum ab Heliodoro expressum fuisse? cum praesertim omnes Graeci scriptores Erotici, quorum omnium unum fere est genus, ex iisdem fontibus hausisse videantur. Sic in alio genere, quis nisi ab historicis edoctus Longinum Dionysio Halicarnassensi et Quintiliano, quorum multa similia habet, priorem esse aut posteriorem ex solo dicendi genere et colore, absque ullis aliis indiciis colligere potuisset? Magna autem cum licentia priorum auctorum Graecorum et Latinorum opera imitari solebant, imo interdum quasdam eorum particulas sibi assumebant posteriores scriptores; quod Longinum cum Dionysio Halic. et Quintiliano, Plinium cum Dioscoride, Livium cum Polybio, Appianum cum Plutarcho, etc. etc. comparanti facile patebit.

Egregie ut semper, summus ille Ruhnkenius in doctissima sua Timaei praefatione. „Vix quisquam (posteriorum „scriptorum) post heroica illa tempora ad scribendum acces„sit, quin se totum ad aliquem antiquiorum, qui omnium „consensu ingenii ac doctrinae principatum obtinerent, ex„primendum imitandumque daret. Quemcunque vero sibi „elegisset, eius non solum orationis habitum formulasque „loquendi, sed sententias etiam et bene dicta acerrimo con„sectabatur studio, in succumque, quod aiunt, et sangui„nem vertebat. Sed ex illis heroibus quatuor inprimis po„sterior aetas et admirata est et studiose effinxit, Homerum, „Thucydidem, Platonem et Demosthenem. (Quibus addo

Euripidem, Herodotum et Xenophontem). „Ab Homero „quidem quot lumina sententiarum dicendique colores reli„qui scriptores sumserint, nihil attinet dicere. Sed eius „imitationem ut vel tiro deprehendat, sic caeterorum, quos „dixi, ne eruditissimus quidem, nisi diu multumque in illo„rum scriptis sit volutatus. Horum bene cogitata et bene „dicta si quis ita ut digitos suos norit, et in numerato ha„buerit, illum aio infinitis veterum scriptorum locis, vel de„pravatis adhuc posse mederi, vel lucem reddere parum in„tellectis." Caetera ibidem vide apud hunc clarissimum virum utiliter et vere monentem, unius Platonis ope, qui quo magis caeteros ingenio scriptorumque varietate vicit, eo plures, etiam prae Thucydide et Demosthene "nactus est imitatores, et ex quo maxime profecerunt omnes, qui lautius quoddam dicendi genus secuti sunt et praesertim Sophistae, Themistium et Synesium, post Petavii etiam curas, Philostratum, Dionem Chrysostomum, Plutarchum, Maximum Tyrium, Iulianum etc. etc. quibus adde omnes posteriores scriptores, et ipsos patres ecclesiasticos ac praesertim S. Chrysostomum, S. Basilium, S. Gregorium Nazianz. etc. etc. passim et sanari posse et explicari.

Nec tamen illi posteriores Graeci scriptores uni auctori, quem per omnia sequerentur, ita se proprie addixerunt, ut non etiam, apicularum more, succos ex omnibus omnium aliorum floribus delibatos conficerent, δρέποντες κορυφὰς ἀρετῶν ἀπὸ πασᾶν, plurium bona ante oculos sibi ponerent, et quod in unoquoque optimum erat, in suum usum converterent, sed cum illis, quorum ars pene tota imitatione constabat, ea laus fere sola relicta fuisse videretur *), ut quae a priscis historicis, oratoribus, philosophis et poetis occupata fuerant egregie dicta et cogitata, ea imitando facerent sua, omnes pulchritudinum species, quae in omnium veterum scriptis insident, "avide intuentes in iisque defixi, ad il-

*) Sic inimitabilis ille veterum imitator Fontanius in nota quam decimae sextae libri primi fabulae subiecit „nous ne saurions „aller plus avant que les anciens: il ne nous ont laissé pour „notre part, que la gloire de les bien suivre."

larunt similitudinem se suaque omnia exigebant, sicque veterum humeris innixi, ad sublime dicendi genus assurgebant, ut inquit Longinus cumprimis videndus, sect. 13. p. 35 sq. ed. Toup., ubi ad hunc scopum semper acerrimam mentem intendendam esse monet, et hanc imitationis viam nobis commonstrat, in qua non solum Herodoti impressa sunt vestigia, sed etiam Stesichori, Archilochi et praesertim Platonis, qui, cum Aeschylo et Sophocle etc. maxime Homerum sunt imitati: *ἄλλη τις ὁδὸς ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τείνει· ποία δὲ καὶ τίς αὕτη; ἡ τῶν ἔμπροσθεν μεγάλων συγγραφέων καὶ ποιητῶν μίμησίς τε καὶ ζήλωσις· καὶ τούτου γε, φίλτατε, ἀπρὶξ ἐχώμεθα τοῦ σκοποῦ. . . . . Μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος ἐγένετο; Στησίχορος ἔτι πρότερον, ὅ, τε Ἀρχίλοχος, πάντων δὲ τούτων μάλιστα ὁ Πλάτων, ἀπὸ τοῦ Ὁμηρικοῦ κείνου νάματος εἰς αὐτὸν μυρίας ὅσας παρατροπὰς ἀποχετευσάμενος. καὶ ἴσως ἡμῖν ἀποδείξεων ἔδει, εἰ μὴ τὰ ἐπ' εἴδους καὶ οἱ περὶ Ἀμμώνιον ἐκλέξαντες ἀνέγραψαν.* Nec hoc, inquit idem ibidem Longinus, pro furto habendum: *ἔστι δ' οὐ κλοπὴ τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ὡς ἀπὸ καλῶν ἠθῶν ἢ πλασμάτων ἢ δημιουργημάτων ἀποτύπωσις.*

Sic Demosthenes non solum Thucydidem imitando expressit, sed etiam Platonem, quod minus notum eoque magis observandum est. Tullius de claris oratoribus, no. 31, lectitavisse Platonem studiose, audivisse etiam Demosthenes dicitur; idque apparet ex genere et granditate verborum. Dicit etiam in quadam epistola hoc ipse de sese. Imo Antonius apud Ciceronem de Oratore, libr. II. n. 22, vel antiquissimis omnium oratoribus Pericli, Alcibiadi, Thucydidi, semper aliquod obversatum fuisse exemplar, quod intuerentur imitandoque effingerent, sic probat: antiquissimi fere sunt, quorum quidem scripta constent, Pericles atque Alcibiades et eadem aetate Thucydides; subtiles, acuti, breves, sententiis magis quam verbis abundantes. Non potuisset, inquit, accidere, ut unum esset omnium genus, nisi aliquem sibi proponerent ad imitandum. Pariter non dubito, quin priores auctores, quorum scripta perierunt, imitatus fuerit et ille Homerus, quem postea nemo non imitatus, nullus assecutus est. Sed, ut Nili, sic huius eo uberrimi et per-

ennis fontis, qui omnium posteriorum scriptorum ingenia foecundavit, et a quo, ut ille ait

Vatum Pieriis ora rigantur aquis,

originem cognoscere nobis negatum est; et de hoc celeberrimo poeta, cuius vel ipsa latet patria (quamvis ut Iovis tumulum Creta mendax, sic illius poetarum dei incunabula septem urbes ostentaverint), idem vere exclamare possumus, quod de foecundo illo Aegypti flumine Lucanus l. X. v. 294.

"Et te terrarum nescit cui debeat orbis.
Arcanum natura caput non prodidit ulli;
Nec licuit populis parvum te, Nile, videre;
Amovitque sinus et gentes maluit ortus
Mirari quam nosse tuos — soli que vagari
Concessum per utrosque polos.

Quemadmodum autem vel prisci illi heroes, Herodotus, Thucydides, Plato, Demosthenes, Archilochus, Stesichorus, Aeschylus, Sophocles etc. antiquiorum, ut Homeri etc. opera imitati fuerant: sic et ipsi quoque posteriorum imitatione expressi fuerunt; et qui sacro antiquissimorum auctorum afflatu instincti fuerant, ii eodem divino afflatu posteriorum scriptorum mentes concitarunt et solo contactu incenderunt. Et ut nostram faciamus similitudinem, quam Plato in Ione p. 363. et 364. adhibuit, illos divina vis, haud absimilis ab ea quae in magnete lapide insita est, movit et impulit. Quemadmodum enim ille lapis non solum ferreos annulos ad se allicit et trahit, sed eam ipsis annulis vim infundit, qua hoc idem efficere possint, ac perinde ut lapis alios annulos ad se allicere et trahere, unde longa plerumque ferramentorum et annulorum continuatio et series, cum alius ex alio nectatur et omnibus inter se aptis et colligatis ex uno eodemque illo lapide vis derivetur: ita et Homeri et antiquissimorum auctorum Musa sequentes "scriptores Stesichorum, Archilochum, Herodotum, Platonem etc. divino instinctu concitavit; qui et ipsi concitati, posteriores scriptores eodem sacro furore inflammaverunt. Et hinc illa admirabilis series et continuatio, qua, exempli gratia, Racinius ex Euripide, ut Euripides ex Homero nectitur. Hinc illa immensa et longe lateque protensa semper processit catena, quae omnia secula, omnes aetates et regiones, omnem denique terrarum

****

orbem complexa est, quae omnes egregios scriptores regnanti Homero subiectos illique tributum ferre coactos ita circumdedit, ut ab illius imitatione omnes posteriores poetae, philosophi, oratores, historici pependerint, quemadmodum dii deaeque omnes, et tota adeo rerum natura, ex aurea Iovis catena apti suspensique in octavo Iliadis libro exhibentur.

Ille ipse, qui imitationis utilitatem tantopere praedicavit, Longinus, non solum Demosthenem, Platonem etc. sed etiam recentiores, Dionysium Hal. et Quintilianum et hunc quidem, ut a Tollio et Pearcio indicatum est, vel in hoc ipso quem laudavimus de imitatione loco, imitando expressit. Sed nemo apertius imitationes suas profitetur iisque confidentius gloriatur quam Lucianus, cuius notandus hic locus in Piscat. t. 1, p. 575. [c. 6.] ubi Platonem aliosque veteres philosophos sic alloquitur: *αὐτὰ γοῦν ἅ φημι ταῦτα, πόθεν ἄλλοθεν ἢ παρ' ὑμῶν παραλαβὼν καὶ κατὰ τὴν μέλιτταν ἀπανθισάμενος, ἐπιδείκνυμαι τοῖς ἀνθρώποις; οἱ δὲ ἐπαινοῦσι καὶ γνωρίζουσιν ἕκαστος τὸ ἄνθος ὅθεν καὶ παρ' ὅτου καὶ ὅπως ἀνελεξάμην· καὶ λόγῳ μὲν ἐμὲ ζηλοῦσι τῆς ἀνθολογίας, τὸ δ' ἀληθὲς ὑμᾶς καὶ τὸν λειμῶνα τὸν ὑμέτερον, οἳ τοιαῦτα ἐξηνθήκατε ποικίλα καὶ πολυειδῆ τὰς βαφάς, εἴ τις ἀναλέξασθαί τε αὐτὰ ἐπίσταιτο καὶ ἀναπλέξασθαι καὶ ἁρμόσασθαι, ὡς μὴ ἀπᾴδειν θάτερον θατέρου.* Id est: *Haec autem ipsa quae dico, unde alias quam a vobis sumens et apum instar vestros flores delibans, ostento hominibus? At illi laudant et excerptum a singulis scriptoribus flosculum agnoscunt, unde et a quo et quomodo legerim* (quod et obiter moneam, quilibet posteriorum scriptorum editor et ipse agnoscere et aliis indicare debet), *et verbo quidem me sectantur, propter hanc legendorum florum peritiam, re ipsa autem vos sectantur et vestrum istud pratum, qui tales protulistis flores tam varios specie et coloribus; si tamen quis illos sciat et legere et nectere et componere, ne alter ab altero discrepare videantur.*

Quod autem hic de se ipso profitetur Lucianus, id et de omnibus fere aliis dicendum posterioribus scriptoribus, quorum idem imitationis et *ἀνθολογίας* studium, sed non eadem in legendis, nectendis, componendisque illis floribus peritia; quo ut iam diximus, suo discrimine internoscuntur. Qui

autem inter hos posteriores scriptores eminuerunt et maximam laudem consecuti sunt, ii quod ex antiquis mutuabantur, illud ita domesticis illustrabant pigmentis, tam apte suo accommodabant proposito (quemadmodum Aristophanis comoedias et Demosthenis orationes suis homiliis S. Ioann. Chrysostomus), ut non ex alieno petivisse fundo, sed e suo eduxisse viderentur. Veterum egregie dicta et cogitata felici imitatione facientes sua, colores e variis scriptoribus ductos ita inter se temperare et commiscere noverant, ut inter se congruerent, utque unum et idem videretur dicendi genus; quod non semper a Plutarcho servatum, cuius opera versicoloribus variorum poetarum, historicorum, oratorum et philosophorum sententiis et verbis, veluti tesseralis et vermiculato emblemate distincta sunt; de quo vide Cl. *Reisk.* Anim. ad Graec. Auct. v. II. p. 120. Praef. ad Animadvers. in Plutarchi opuscula.

Nunc autem apud nos, qui Musas colimus severiores, si quis scriptor Gallicus optimorum, qui regnante Ludovico XIV. floruerunt, auctorum non solum orationis habitum formulasque dicendi, sed etiam sententias imitando exprimeret, nec solum illorum fontibus suos irrigaret hortulos, sed etiam pulcherrimis flosculis undique decerptis sua "exornaret scripta et dicendi luminibus, etiam iis quae sunt vehementer illustria, undique assumptis illuminaret purpureosque Racinii, Bossueti etc. pannos suae orationi assueret, id ei non laudi sed vitio verteretur. Quanquam hoc solum inter optimae notae scriptores Graecos posteriores et inter pravos e recentibus discriminis intercedebat, quod apud illos, ut Lucianum, Longinum, Longum, etc. manentibus veterum verbis dicendique formulis, mutatae ac prorsus novae ut plurimum exhiberentur sententiae, quae antiquis vestirentur vocabulis; apud hos autem iisdem fere semper manentibus sententiis, mutato duntaxat occurrant verba, quae communibus ac vulgaribus dictis, varietatis colorem inducant et novitatis speciem induant, sicque illi pervetera dicere videbantur, vel cum nova dicerent, suis quidem cogitatis, veterum vero utentes vocabulis; hi autem, cum pervetera scribant, nova proferre existimantur.

Hinc autem apud Graecos diutius quam apud Latinos

pore dicerent, diserti magis quam eloquentes, nec teretes ac religiosas aures voce minus Attica, aut parum numerosa offenderent clausula, hinc diutius apud Graecos remansit puri sermonis integritas quam eloquentiae vis ac salubritas, et magis prudens ac sincerum fuit eorum aurium quam mentis iudicium.

Hoc quoque plurimis Sophistis nocuit eorumque impetum retardavit, quod plerumque, iis quae erant a veteribus inventa et imitatione, quae per se ipsa "non sufficit," contenti fuerint. Nam ut egregie inquit sapienit ille Quintil. l. X. c. 2. §. 10 sqq. p. 648. Capp. „Eum nemo potest aequare, „cuius vestigiis sibi utique (an ubique?) insistendum putat; „necesse est enim semper sit posterior qui sequitur. . . . „Quidquid alteri simile est, necesse est minus sit eo, quod „imitatur; ut umbra corpore, et imago facie, et actus hi„striotium veris affectibus. Quod in orationibus quoque eve„nit. Namque iis quae in exemplum assuminus, subest na„tura et vera vis, contra omnis imitatio ficta est, et ad alie„num propositum accommodatur. Quo fit, ut [accommo„dat quod facit: ut] minus sanguinis ac virium declama„tiones habeant [habent], quam orationes, quia in illis (mal„lem, his) vera, in his (mallem illis) assimulata materia est." Notandum autem posteriores Sophistas in scribendis declamationibus, quas μελέτας vocabant, et in fictis concertationibus totam fere vitam contrivisse palaestrae magis quam pugnae accommodatos, et rarissime ex hac domestica et umbratili exercitatione medium in agmen, in pulverem, in clamorem, ut ait Tullius, in castra atque aciem forensem, ad veras causas agendas suam dictionem eduxisse.

Imo eorum quoque pigritiam fovebat et ipsa linguae Graecae tam mollis tam tenerae et flexibilis, ut quocumque vellent, docilis sequeretur, inexhausta copia, facilitas et pulchritudo, quae fructus illaboratos "et sponte provenientes, semper decerpendos offerebat, iisque praesto aderat, quos defecerat ingenii vis, inventionis facultas, doctrinae elegantia optimarum artium supellex. Quo minus autem adiuvat sermo, quo minora suppetunt dicendi instrumenta, eo magis inventione certatur, sententiarum numero et gravitate contenditur, ut penuria verborum rerum copia compensetur

et linguae malignitas expugnetur, eaque repugnante fructus e sterili fundo educantur. Contra quidam ex recentioribus Sophistis, circumfluentibus undique opulentissimae linguae copiis imperitantes, sensui minus interdum serviebant; et eligendis, perpendendis, coagmentandis et tanquam tessera-lis componendis vocibus intabescentes ac toti in dimetiendis modulandisque syllabis occupati, sententias negligebant et de rebus ipsis parum laborabant; nugis canoris et numeroso, sed inani tinnitu ita aures, quibus insidiabantur, permulcebant, ut suavissimo illo concentu deliniti abirent auditores contenti et nihil fere amplius requirerent, nec ab illa oratione nervos, aculeos, sententias, imo fere semper sensus et res abesse sentirent, et his quidem facilius, ob felicissimam sermonis ubertatem, Arabica, Graeca et Latina carere possit oratio, quam Gallica; cum nostrae linguae inopia ingenii divitiis, et sterilitas inventionis foecunditate sublevanda sit.

Huc adde, quod, ut ait Quintilianus l. X. c. 1. p. 624. et c. 2. p. 649. in optimis scriptoribus summis hominibus, sed hominibus tamen, qui nonnunquam labuntur, fatigantur, dormitant, et in quibus adeo incidunt aliqua vitiosa et a doctis inter ipsos etiam mutuo reprehensa, interdum posteriores scriptores deteriora imitarentur (id enim est facilius,) ac se abunde similes putarent, si vitia magnorum consequerentur. Unde Tullius de Oratore l. II. c. 22. §. 90. „Ergo hoc sit primum in praeceptis meis ut demonstremus, „quem imitetur (orator), atque ita, ut, quae maxime excel„lant in eo quem imitabitur, ea diligentissime persequatur. „Tum accedat exercitatio, qua illum, quem ante delegerit, „imitando effingat, atque ita exprimat, non ut multas imi„tatores saepe cognovi, qui aut ea quae facilia sunt, aut et„iam illa, quae insignia ac paene vitiosa consectantur imi„tando.“ Ut in Oratore c. VIII. §. 32. neminem Thucydidis neque verborum neque sententiarum gravitatem imitatum esse affirmat; *sed cum*, inquit, *mutila quaedam et hiantia locuti sunt, quae vel sine magistro facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidas. Nihil est facilius*, inquit idem de oratore l. II. c. 22. §. 91. *quam amictum imitari alicuius, aut statum aut motum. Si vero etiam vitiosi aliquid est, id*

sumere, et in eo vitiosum esse, non magnum est; ut ille, qui nunc etiam amissa voce furit in re publica Fufius, nervos in dicendo C. Fimbriae, quos tamen habuit ille, non assequitur, oris pravitatem et verborum latitudinem imitatur. Sed tamen ille nec deligere scivit, cuius potissimum similis esset, et in eo ipso, quem delegerat, imitari etiam vitia voluit.

Hoc autem his accidit, ait Quintilianus, l. X. c. 2. §. 16. p. 649, *qui non introspectis penitus virtutibus, ad primum se velut aspectum orationis aptarunt: et cum iis felicissime cessit imitatio, verbis atque numeris sunt non multum differentes, vim dicendi atque inventionis non assequuntur, sed plerumque declinant in peius, et proxima virtutibus vitia comprehendunt, fiuntque pro grandibus tumidi, pressis exiles, fortibus temerarii, laetis corrupti, compositis exultantes, simplicibus negligentes. Ideoque qui horride atque incomposite quidlibet illud frigidum et inane extulerunt, antiquis se pares credunt; qui carent cultu atque sententiis, Attici scilicet; qui praecisis conclusionibus obscuri, Sallustium atque Thucydidem superant; tristes ac ieiuni Pollionem aemulantur; otiosi et supini, si quid modo longius circumduxerunt, iurant ita Ciceronem locuturum fuisse. Noveram quosdam, qui se pulchre expressisse genus illud caelestis huius in dicendo viri sibi viderentur, si in clausula posuissent, esse videatur.* Sic Aper in Dialogo de Oratoribus, qui Quintiliani quam Taciti stilo affinior est pag. 164. ed. Paris 1608. *Nolo irridere . . . illud tertio quoque sensu in omnibus pro sententia positum*, (a Cicerone), *esse videatur. Nam et haec invitus retuli et plura omisi, quae tamen sola mirantur atque exprimunt hi, qui se antiquos oratores vocant.*

Studiosae illius imitationis et κακοζηλίας plurimae, neque notanda, videbis exempla apud Lucianum in libello inscripto: Quomodo Historia conscribenda sit; t. II. p. 21 sqq. §. 15 sq. Idem ib. pag. 28. §. 15. hanc fuisse communem sui aevi scriptoribus errorem observat, ubi se Thucydidi abunde similes esse eiusque dicendi genus feliciter expressisse confiderent, cum paucis immutatis, ipsamet illius verba et solemnes loquendi formulas, quae saepius apud eum occurrunt, usurpaverant, καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο ἐπιεικῶς πολλοὶ νῦν ἔχουσι, τὸ οἴεσθαι ὅμοιοι εἶναι τοῖς Θουκυδίδου λόγοις

λόγοις, [illegible] λέγει τις, [illegible] ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, οὐδ' ἂν αὐτῇ [illegible] Δία, [illegible] πυρὶ [illegible]. Nec has solum solemnes loquendi formulas, cuilibet antiquo austero proprias, sed etiam prisca et exoleta vocabula inferciebant, odiosa, ut ait Quintilianus l. VIII. c. 3. §. 60. pag. 486. cura, quam cuilibet esse facilem et hoc pessimum pronunciat, quod rei studiosus non verba rebus aptavit, sed res extrinsecus arcessit, quibus haec verba conveniant. Sic prorsus Lucianus in Lexiph. §. 24. t. II. p. 348. Lexiphani hoc morbo laboranti et obsoleta putidius exquisita ac mere, ut putabat, Attica vocabula consectanti, obiicit eum in hoc maxime peccare, quod non prius sententias quam verba comparet, et deinde verbis ac nominibus vestiat et exornet, sed contra, sicubi insolitum invenit verbum, aut ipse a se confictum, illud pulchrum esse existimet, huic potius sententiam aptare studeat et pro damno habeat si non illud aliquorsum infercire, etiamsi ei quod dicitur necessarium non sit: καὶ μὴν κἀκεῖνο οὐ μικρόν, μᾶλλον δὲ τὸ μέγιστον ἁμαρτάνεις, ὅτι οὐ πρότερον τὰς διανοίας τῶν λέξεων προπαρασκευασάμενος ἔπειτα κατακοσμεῖς τοῖς ῥήμασι καὶ τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλ' ἤν που ῥῆμα ἔκφυλον εὕρῃς, ἢ αὐτὸς πλασάμενος οἰηθῇς εἶναι καλόν, τούτῳ ζητεῖς διάνοιαν ἐφαρμόσαι καὶ ζημίαν ἡγῇ, ἂν μὴ παραβύσῃς αὐτό που, κἂν τῷ λεγομένῳ μηδ' ἀναγκαῖον ᾖ.

Apud eundem Lucianum in lib. Quomodo hist. sit conscr. §. 15. t. II. pag. 22. alius ineptus Thucydidis imitator, Thucydidis narrationem et conciones ad verbum describit, ab eo totam pestis descriptionem, ut multa alia, sic mutuatur, ut sola locorum nomina immutet: *Νισιβηνοῖς λοιμὸν — ἐπήγαγε, παρὰ Θουκυδίδου χρησάμενος ὅλον ἄρδην, πλὴν μόνον τοῦ Πελασγικοῦ καὶ τῶν τειχῶν τῶν μακρῶν, ἐν οἷς τότε λοιμώξαντες ᾤκησαν.* Idem eiusdem Thucydidis initium sic impudenter suum fecerat: *Κρεπέρειος Καλπουρνιανὸς Πομπηϊουπολίτης συνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Παρθυαίων καὶ Ῥωμαίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, ἀρξάμενος εὐθὺς ξυνισταμένου.* Quae sunt ipsamet Thucydidis incipientis verba. Sic apud eundem ibid. Lucianum §. 18. p. 27. alter, non ille quidem Thucydidis

sed Herodoti, ut sibi videbatur, similis, Herodoti scrinia eadem audacia compilat. Unde apud eumdem Lucianum in Iove Trag. §. 14. t. II. p. 658. Iovi in concilio deorum dicturo Mercurius suadet, ut quamcumque velit Demosthenis orationem paucis duntaxat immutatis sibi accommodet, hoc quidem plerosque tunc oratores agere: σὺ δὲ τῶν Δημοσθένους δημηγοριῶν τῶν κατὰ Φιλίππου ἥντινα ἂν ἐθέλῃς, ξύνειρε ὀλίγα ἐναλλάττων. οὕτω γοῦν οἱ πολλοὶ νῦν ῥήτορες ποιοῦσιν. [Pro ῥ. π. Gorl. et Ox. ῥητορεύουσιν]. Iupiter autem σύντομον ῥητορείαν καὶ ῥᾳδιουργίαν ταύτην εὔκαιρον τοῖς ἀπορουμένοις valde comprobans et huiusce aetatis oratorum exemplum secutus primae Demosthenis Olynthiacae initium sic ridicule et pueriliter describit, ut Isocratis Panegyrici exordium Isidorus Pelus. l. IV. ep. 67. merito a Wyttenbachio p. 56. ep. crit. ad Ruhnk. notatus. Sic Aristaeneti epistolae, et illae quidem tersae et elegantes, observante cl. Iosia Mercero in praefatione ad suas notas, fere totae ex optimorum scriptorum "Platonis, Luciani, Philostrati etc. assutis locis ita consarcinatae sunt, ut et illud drama, quod inscriptum Χρίστος πάσχων, ex diversis Euripidis versibus totum contextum est, ideoque monente summo Valckenaerio ad corrigendum Euripidem plurimum prodesse potest; cum duplex utilitas e perfecta locorum imitatione expressorum cognitione percipiatur, sive ad emendandum et illustrandum posteriorem illum scriptorem, qui priorem imitatus est, sive etiam ad restituendum et explicandum illum veterem auctorem, imitatione ab eo posteriore expressum, qui meliorem et nostris multo antiquiorem illius codicem tractabat. Sed ut ad ineptos illos imitatores, servum pecus, redeam, pueros in schola Ciceronis, Livii et Virgilii disiectorum membra certatim discerpentes et ad se trahentes mihi videre videor; ut illud de iis usurpem, quod de ipsiusmet S. Gregorii Naz. orationibus dixit Abbas de Longuerue, quo doctiorem Gallia vix tulit, in Longueruanorum II. parte p. 105. et 106. *Quand je lis S. Grégoire de Nazianze, il me semble voir un écolier qui fait un bon thème en copiant et imitant ses auteurs, mais qui tombe dès qu'ils lui manquent.*

Quemdam rhetorices magistrum, iuvenes falsis imbuen-

tem opinionibus et ea dicendi praecepta inculcantem, quae nimis sequebantur posteriores Sophistae, quibusque omnia fere tradebantur ineptae imitationis vitia quae supra recensuimus, sic loquentem inducit Lucianus in Rhetorum Praec. §. 16. t. III, p. 17 et sqq. *πεντεκαίδεκά που, ἢ οὐ πλείω γε τῶν εἴκοσιν Ἀττικὰ ὀνόματα ἐκλέξας ποθὲν καὶ ταῦτα ἀκριβῶς ἐκμελετήσας, πρόχειρα ἐπ' ἄκρας τῆς γλώττης ἔχε τὸ ἄττα καὶ κᾆτα καὶ μῶν καὶ ἀμηγέπη καὶ λῷστε καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἐν ἅπαντι λόγῳ, καθάπερ τι ἥδυσμα ἐπίπαττε αὐτῶν· μελέτω δὲ μηδὲν τῶν ἄλλων, εἰ ἀνόμοια τούτοις καὶ ἀσύμφυλα καὶ ἀπῳδά. ἡ πορφύρα μόνον ἔστω καλὴ καὶ εὐανθής, κἂν σισύρα τῶν παχειῶν τὸ ἱμάτιον ᾖ.* 17. *Μετὰ δὲ ἀπόῤῥητα καὶ ξένα ῥήματα καὶ σπανιάκις ὑπὸ τῶν πάλαι εἰρημένα, καὶ ταῦτα ξυμφορήσας ἀποτόξευε προχειριζόμενος ἐς τοὺς προσομιλοῦντας, οὕτω γάρ σε ὁ λεὼς ὁ πολὺς ἀποβλέψονται καὶ θαυμαστὸν ὑπολήψονται καὶ τὴν παιδείαν ὑπὲρ αὐτούς, εἰ ἀποστλεγγίσασθαι μὲν τὸ ἀποξύσασθαι λέγοις, τὸ δὲ ἡλίῳ θέρεσθαι εἱληθερεῖσθαι, τὸν ἀῤῥαβῶνα δὲ προτίμιον, τὸν ὄρθρον δὲ ἀκροκνεφές. ἐνίοτε δὲ καὶ αὐτὸς ποίει καινὰ καὶ ἀλλόκοτα ὀνόματα, καὶ ὀνοματοθέτει τὸν μὲν ἑρμηνεῦσαι δεινὸν εὔλεξιν καλῶν, τὸν συνετὸν σοφόνουν, τὸν ὀρχηστὴν δὲ χειρίσοφον.*

Praeterea absurdus ille praeceptor, (cuius similes utinam nulli unquam inventi fuissent!) suos discipulos ib. monet, ne veteres omnino legant, ne nugacem "istum Isocratem, neu invenustum Demosthenem, neu frigidum ut vocat Platonem attingant, sed libros paulo ante suam aetatem editos et illas quas dicunt Sophistarum declamationes, ut earum lectione innutriti, iis possint in tempore uti eaque tamquam e penu depromere §. 17.: *ἀλλὰ καὶ ἀναγίγνωσκε τὰ παλαιὰ μὲν μὴ σύγε, μηδὲ εἴ τι ὁ λῆρος Ἰσοκράτης, ἢ ὁ χαρίτων ἄμοιρος Δημοσθένης, ἢ ὁ ψυχρὸς Πλάτων, ἀλλὰ τοὺς τῶν πρὸ ἡμῶν ὀλίγον λόγους, καὶ ἃς φασι ταύτας μελέτας, ὡς ἔχῃς ἀπ' ἐκείνων ἐπισιτισάμενος ἐν καιρῷ καταχρῆσθαι, καθάπερ ἐκ ταμιείου προαιρῶν.*

Enimvero plurimi Sophistae posterioribus illis temporibus non priscos illos heroas, Demosthenem, Platonem, Thucy-

didem, etc. quorum sincera, solida robusta, dignitatis plena, mascula vigebat eloquentia, sed recentiores, quorum fracta, mollis, dissoluta, effeminata languebat oratio, imitabantur, et sic a diligenti veterum cultu in muliebrem recentiorum ornatum, e casta ac verecunda antiquorum modestia in lasciviam et delicias, seu potius ineptias, delapsi sunt. Deinde vani isti et ventosi Sophistae natura sua delati sunt ad inane illud et inflatum ac redundans Asianum genus, in cujus nimia ubertate luxuries inerat stilo depascenda. Quod opimum et tanquam adipatae dictionis genus verbis quidem sonans, sed nullo fere sensu tinctum, auribus suis aptum adscivit et imprimis adamavit Asiana gens, quae observante Quintiliano l. XII. c. 10. §. 16. p. 746. utpote tumidior et iactantior, vaniore etiam dicendi gloria inflata est et ambitiosam in dicendo iactantiam consectata est. *Nam ut semel e Piraeeo eloquentia evecta est*, inquit Tullius de clar. Orat. c. XIII. §. 51., *omnes peragravit insulas, atque ita peregrinata tota Asia est, ut se externis oblineret moribus, omnemque illam salubritatem Atticae dictionis quasi sanitatem perderet ac loqui paene dedisceret. Hinc Asiatici oratores non contemnendi quidem nec celeritate, nec copia, sed parum pressi et nimis redundantes.* Unde in libro de optimo gen. Orat. c. III. §. 8. illos potius imitandos esse dicit, qui incorrupta sanitate sunt (quod est, inquit, proprium Atticorum), quam eos quorum vitiosa abundantia est, quales Asia multos tulit. Petron. Sat. p. 8. ed. Col. 1694. *Nuper ventosa isthaec et enormis loquacitas Athenas ex Asia commigravit animosque iuvenum ad magna surgentes veluti pestilenti quodam sidere afflavit, simulque corrupta eloquentiae regula stetit et obmutuit.* Egregie Antonius apud Tullium de Orat. l. II. c. 23. §. 94. *Qui se ad causas contulerunt ut Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Aeschines, Dinarchus aliique complures, etsi inter se pares non fuerunt, tamen sunt omnes in eodem veritatis imitandae genere versati, quorum quamdiu mansit imitatio, tamdiu genus illud dicendi studiumque vixit: §. 95. posteaquam exstinctis his omnis eorum memoria sensim obscurata est et evanuit, alia quaedam dicendi molliora ac remissiora genera viguerunt. Inde Demochares, quem aiunt sororis filium fuisse Demosthenis; tum Phalereus ille Demetrius, omnium istorum, mea sententia politissi-*

mus aliique eorum similes exstiterunt. Quae si volemus usque ad hoc tempus persequi, intelligemus, ut hodie Alabandensem illum Meneclem et eius fratrem Hieroclem, quos ego audivi, tota imitetur Asia: sic semper fuisse aliquem cuius se similes plerique esse vellent. Ille autem Demetrius Phal. a Quintil. l. X. c. 1. §. 80. p. 636. ultimus esse dicitur ex Atticis, qui vocari posset orator et primus eloquentiam inclinasse, quae ex illo retro fluere et sublapsa referri coepit ac paulatim apud Graecos concidit; cum qui recentioribus illis oratoribus succrevere, ii dulcia quibus illi abundabant vitia non solum sumpserint, sed etiam auxerint tantumque ab illis defluxerint, quantum illi ab antiquis et subsequentes egerint transversos.

Cui malo indies gliscenti ut mederetur Lucianus, quem taedebat quotidianarum harum formarum, utque suos aequales ad naturae et veterum, qui naturae propiores fuerant, illiusque adeo optimi erant interpretes et aemuli, imitationem reflecteret, a qua eos misera ingenii ostentatio et lectio recentiorum scriptorum infeliciter detorserat, hoc omnium aetatum ac regionum Lexiphani illa tabe infecto dabat concilium §. 22. t. II. p. 347 sq. eumque sic hortabatur, ut turbidos illos atque corruptos rivulos consectari desinens ipsosmet adiret fontes, veteres ad plenum imbiberet et ab iis verum eloquentiae colorem et vitalem quasi succum traheret: *εἴπερ ἄρ᾽ ἐθέλεις ὡς ἀληθῶς ἐπαινεῖσθαι ἐπὶ λόγοις, κἂν τοῖς πλήθεσιν εὐδοκιμεῖν, τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα φεῦγε καὶ ἀποτρέπου, ἀρξάμενος δὲ ἀπὸ τῶν ἀρίστων ποιητῶν καὶ ὑπὸ διδασκάλοις αὐτοὺς ἀναγνοὺς μέτιθι ἐπὶ τοὺς ῥήτορας καὶ τῇ ἐκείνων φωνῇ συντραφεὶς ἐπὶ τὰ Θουκυδίδου καὶ Πλάτωνος ἐν καιρῷ μέτιθι, πολλὰ καὶ τῇ καλῇ κωμῳδίᾳ καὶ τῇ σεμνῇ τραγῳδίᾳ ἐγγυμνασάμενος. παρὰ γὰρ τούτων ἅπαντα τὰ κάλλιστα ἀπανθισάμενος ἔσῃ τις ἐν λόγοις. —— 23. πρὸ πάντων δὲ ἐκεῖνό μέμνησό μοι, μὴ μιμεῖσθαι τῶν ὀλίγον πρὸ ἡμῶν γενομένων σοφιστῶν τὰ φαυλότατα — ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα καταπατεῖν, ζηλοῦν δὲ τὰ ἀρχαῖα τῶν παραδειγμάτων. μηδέ σε θελγέτωσαν αἱ ἀνεμῶναι τῶν λόγων, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῶν ἀθλητῶν νόμον, ἡ στεῤῥά σοι τροφὴ συνήθης ἔστω, μάλιστα δὲ Χάρισι καὶ Σαφηνείᾳ θῦε, ὧν πάμπολυ λίαν νῦν ἀπε-*

λάλησον, id est: *si volueris verum eloquentiae laudem assequi et in multitudine celebrari, haec omnia fuge et aversare. Facto autem initio a poëtarum optimis, iisque non sine magistrorum ope perlectis ad oratores transi, eorumque lingua enutritus ad Thucydidis et Platonis libros idoneo tempore transi, multum etiam in pulchra comoedia et in gravi tragoedia subactus. Ex his enim si pulcherrimos flosculos excerpseris, eris aliquis in eloquentia. — Ante omnia vero hoc probe memento, ne imiteris sophistarum, qui paulo ante nos fuerunt, pessima, — verum talia conculces, exempla autem antiqua aemuleris. Neque te deliniant illi caduci dictionis flosculi; sed ex lege Athletarum, solidus tibi cibus consuetus sit. Maxime vero Gratiis et Perspicuitati litato.*

Et caute quidem vitanda erat istorum recentiorum sophistarum lectio et imitatio, qui posterioribus temporibus meretricio cultu adulteratam omnibusque fractam deliciis eloquentiam enervaverant et simul corruptam infamaverant philosophiam, non oratores aut philosophi, sed Graeculi otiosi et loquaces, contentionis cupidiores quam veritatis et vere operarii lingua celeri et exercitata, ut eos merito vocat Mnesarchus apud Tullium de Orat. L. I. c. 18. §. 83. Isti duntaxat afferebant volubile inanis ac paene puerilis elocutionis flumen seu potius torrentem confragosum, cum non subessent res, ex quibus inventis et cogitatis redundare debet oratio; aditum ad suas declamationes illustriorem, "splendidiora vestibula nec pro portione rerum praeposita; principia orationi consequenti minus connexa et membra cum toto corpore vix cohaerentia; quosdam longe lateque patentes argumentorum locos, qui de universa re tractare solent et qui videntur multarum iidem esse causarum, sed proprii singularum esse debent, ut ait Tullius, quosque tamquam in procinctu semper paratos expeditosque habebant, ut de qualibet re ex tempore disputare possent; luxuriosam ambitiosorum ornamentorum ostentationem, et superbam pompam jactantius explicatam; orationis lineamenta inflando corrupta et clarissima lumina undique assumpta, sed sine delectu, sine judicio apposita, et ita crebra ac continua, ut sibi invicem officerent, cum tota luceret oratio, nec adesset umbra et recessus, quo magis id quod erat illuminatum extaret

atque eminerent; purpureos veterum pannos quae discolori ac sordidae vesti assutos; decoris non illius nativi, sed a pigmentis et medicamentis petiti lenocinia; colorem non sanguine diffusum, sed fuco illitum; pro illis fulminibus quae oratoriis lacertis viribusque contorta vibrabat Demosthenes, flosculos et eos quidem non eleganter sparsos sed temere congestos ac mox, si leviter excuterentur, casuros; argutas sententiolas verborum cincinnis implicatas et calamistris inustas, quae illis ex abdito erutae videbantur, "quarumque nimis tenue acumen in se ipsum retunderetur; quanquam ut ait Quinctil. l. VIII. c. 5. §. 31. p. 511. non multas plerique sententias dicerent, sed omnia tanquam sententias; interdum cogitata infeliciter audacia et remota a veritate et ipsamet natura, supra quam assurgere videbantur sesquipedalibus innixa vocabulis; tumida et imperiosa velut e tripode loquentium, seu potius furentium oracula eaque nonnunquam flexiloqua et obscura, quaeque adeo cuiusdam reconditi sensus suspicionem haberent, sed in quibus, si evoluta illis integumentis dissimulationis suae nudataque perspicerentur, nihil inesse deprehenderes; effusam descriptionum inepte positarum, vel cum iis locus non esset, imaginum, similitudinum, fabularum intextarum copiam et lasciviam; nimis frequentes longarum digressionum exitus; quaesitarum literae immutatione venustatum et ex ambiguo dictorum quoddam aucupium semper manifesto deprehensum; puerilia ingenii ludibria, quae stultis ingeniosa, ingeniosis stulta solent videri; nimis anxiam in vocibus non eligendis sed captandis concinnitatem, proiectam in faciendis transferendis et iungendis audaciam, putidam vocabulorum priscorum, obsoletorum ac mere Atticorum, ut ipsi putabant, consectationem; certos quosdam ac circumscriptos verborum ambitus et quemadmodum "vocat Tullius, verba verbis quasi demensa, et paria ita respondentia, ut saepius conferrentur pugnantia, compararenturque contraria et ut pariter extrema terminarentur, eumdemque perpetuo referrent in cadendo sonum.

Non ita Longus, quem semper nostra spectavit oratio, sed a quo paululum digredi visa est, dum horumce temporum sophistas a recta imitationis via aberrantes persecuti su-

mus. Noster non hos recentiores sed antiquos heroas et optimos auctores et eos quidem non in deterioribus, non in quibusdam priscis et obsoletis vocabulis, aut solemnibus loquendi formulis, quas facile erat assequi, sed in optimis et in dicendi genere ac colore ita imitatus est, ut quae imitando effingebat, ea ipse finxisse et invenisse videatur. Enimvero κατὰ τὴν μέλιτταν παρὰ τούτων ἅπαντα τὰ κάλλιστα ἀπανθισάμενος, ut Luciani verba usurpem, scivit ea ἀναλέξασθαι καὶ ἀναπλέξασθαι καὶ ἁρμόσασθαι ὡς μὴ ἀπᾴδειν θάτερον θατέρου. Nec sola imitatione contentus est, sed et plurima de suo protulit. Thucydidem, Xenophontem, Platonem, Homerum, Euripidem, Theocritum, Moschum, Bionem, Anacreontem etc. praecipue imitatus est. Multa eius similia in Luciano, Philostrato, Aeliano, Heliodoro, Achille Tatio, Xenophonte iuniore, Charitone etc., Aristaeneto, Alciphrone, Musaeo, in Epigrammatibus Eroticis etc. quorum scriptorum aliis quidem aetate prior, aliis vero posterior est, ita ut hos quidem imitando exprimat, ipse vicissim ab illis expressus. Saepe eum non tam imitatus est, quam descripsit et pervertit Nicetas Eugenianus, qui Theodori Prodromi exemplo incitatus ineptum et absurdum de Drosillae et Chariclis amoribus poema hactenus ineditum, iambicis versibus consarcinavit; cuius multa loca similia in nostris animadversionibus laudavimus. Illo, quod mireris, non pauca, eaque a nobis sedulo adnotata eius similia sunt, non solum in sensu sed etiam in ipsismet verbis, apud LXX. Intpp. Cantici Canticorum; ex quo forte colligi posset hunc, quamvis Cynicum scriptorem, aut fuisse Christianum aut saltem sacros evolvisse libros; sed potuit in easdem cogitationes atque imagines pastorales, pastorale argumentum tractans fortuito incidere.

Longi oratio pura, candida, suavis, minutis articulis membrisque concisa et tamen numerosa, sine ullis salebris melle dulcior profluit, tanquam amnis argenteus virentibus utrinque silvis inumbratus, et ita florens, ita picta, ita expolita est, ut in ea verborum omnes, omnes sententiarum illigentur lepores. Translationes caeteraque dicendi lumina ita apte disponit, ut pictores colorum varietatem. Elegan-

tes fabellas, vividas descriptiones, quae res ipsas oculis subiiciant, perite interit et similitudines atque imagines e rustica pastoralique vita petitas feliciter adhibet. Xenophontis simplicitatem, Theocriti veneres, Moschi et Bionis flosculos consectatus et saepissime consecutus est. In mollibus ac remissis affectibus mirus, in personis decorum servat; qui utinam, quod de Afranio ait Quintil. l. X. c. 1. §. 100. p. 642. et in nostro iure ac merito damnant Huetius p. 126. de l'Origine des Romans et Baylius, mores suos vel potius communes fere omnium tunc Graecorum fassus puerorum foedis amoribus (et illa ἐρωτικῇ παιδαγωγίᾳ, ut ipse vocat l. III. c. 19. p. 81. V.) non inquinasset argumentum suum! Quod si tam purum, castum et verecundum fuisset, quam illius dicendi genus, nullum video scriptorem, quem ob miram sermonis facilitatem, proprietatem, elegantiam, suavitatem, festivitatem et copiam, priorem legere debuissent iuvenes, qui Graecas literas a primo limine salutare incipientes quibusdam illecebris invitandi sunt. Sed tamen, ne quid dissimulem, interdum et ipse a veteri illa simplicitate et inaffectata iucunditate ita discedit et ad recentiorum sophistarum delicias ac lasciviam accedit, ut fucatam calamistris inurat orationem, quasdam sententias longius arcessitas habeat et nimium ingenio suo indulgeat. In illo verecundum "quidem sobrium sophistam, Heliodoro, Achille Tatio puriorem et simpliciorem et, multo magis antiquo sapore tinctum, sed tamen sophistam videre mihi videor. Praeter dulcia illa, quibus non caret, vitia, et quae sapiens ac limati iudicii lector facile agnoscet, sunt et quaedam in eius fabula minus verisimilia, sive in casibus quos refert, sive etiam in eo quod bonum illum et candidum Daphnim, nimis quam in illam grandiusculi iuvenis aetatem cadebat, omnium rerum rudem ignarumque et in omnibus hospitem ac peregrinum exhibet; quod suboderatus fuerat Iungermanus p. 220. suarum notarum, et vere, ut omnia, observavit summus ille Valcken. in quibusdam litteris datis ad illustrissimum nostrum ut et cl. Musgravii amicum Principem de Youssoupoff, virum ad omnia summa natum et egregium decus literarum Graecarum, quas a cl. Valcken. dum Leidae versaretur perfecte didicit et assidue coluit Lutetiae, ubi simul plurimos in omn-

*****

bus bibliothecis codices Graecos nactos diligenter excussimus, contulimus; iuvenem principem, Graecis membranis impallescentem, mirantibus custodibus et ubique exclamantibus:

Quis novus hic nostris successit sedibus hospes,

qui generosissima Gengischani stirpe ortus, Serenissimo Curlandiae duci, (qui ipsius sororem magnae "in omnibus Imperatrici carissimam duxit), regnantibus Nogaiae Chanis, ipsique adeo Sinae Imperatori affinis, omnibus naturae, omnibus fortunae bonis ornatus, in ipso aetatis fervore, spretis voluptatum ac deliciarum lenociniis, ad litteras et ad omnia magna et gravia tanto impetu fertur.

Praeterea Longus eadem verba, easdem dicendi formulas saepius iterat; sed hoc in Graecis Latinisque scriptoribus saepius occurrit, et minus offendit quam in Gallicis; cum tamen nostrae nos linguae inopia in eadem verba frequentius revolvere deberet. Sed ut saepe in uno eodemque homine, qui suam paupertatem dissimulare cupit, cum egestate summa summum luxum videas coniunctum: sic et nos non in hoc solum sed in aliis multis incredibili verborum fastidio tanquam nimis abundantes laboramus et hac superbia magnam nobis ipsi sermonis partem abscissam invidimus.

De nostro satis aequum et in multis verum tulit indicium Huetius p. 123. edit. 8. de l'Origine des Romans: „Encore „qu'on y reconnoisse le caractère de Sophiste, tel qu'il étoit „par la rencontre affectée des mots, par le jeu et la conso- „nance des syllabes et par les descriptions inutiles qu'il a ti- „rées de ses lieux communs; néanmoins il est bien plus châ- „tié que la plupart des anciens Romanciers, dont le style, „plein de métaphores, d'antitheses, et "de ces figures bril- „lantes qui surprennent les simples et qui flattent l'oreille, „sans remplir l'esprit tient de l'orateur et de l'historien et „n'est propre ni à l'un ni à l'autre *). Au lieu d'attacher „le lecteur par la nouveauté des événements, par l'arran-

*) Merito enim de Heliodoro Huet. ib. p. 72: „Photius loue l'é- „légance de son style; pour moi je le trouve trop affecté „trop figuré et trop poétique. Il se plaît dans les descri- „ptions; il s'y joue et n'en peut sortir. Il me paroît qu'il a „imité celles de Philostrate. C'étoit la mode des beaux esprit „de son siècle, qui dura depuis les Antonins, c'est-à-dire,

„gement et la variété des matières et par une narration nette et pressée, qui ait pourtant son tour et sa cadence, et qui avance toujours dans son sujet, ils essayent de le retenir par des descriptions pompeuses, remplies des mots et vuides des choses et pour parler comme Horace, par des bagatelles harmonieuses. Ils l'écartent hors du grand chemin; et pendant qu'ils lui font voir tant de pays qu'il ne cherche point, ils consument et usent son attention et l'impatience qu'il avoit d'aller à la fin qu'il cherchoit et qu'ils lui avoient proposée. Longus n'est pas tout-à-fait exempt de ce défaut; mais comme s'il le sentoit, il se retient et rentre promptement dans sa matière. Son style d'ailleurs est simple, aisé, naturel et concis sans obscurité; ses expressions sont pleines de vivacité et de feu; il produit avec esprit, il peint avec agrément, il dispose ses images avec adresse; les caractères sont gardés exactement; les épisodes naissent de l'argument; les passions et les sentiments sont traités avec une délicatesse assez convenable à la simplicité des bergers, mais non pas toujours aux regles du roman; comme quand il fait commettre à Daphnis une infidélité par ignorance. Il ne pèche guère contre la vraisemblance, que dans les machines qui y sont employées sans discrétion et qui ont corrompu le dénouement de la pièce, assez heureux d'ailleurs et assez agréable.“

Hactenus sapientissime Huetius, sed quae sequuntur, ea haud scio an omnibus pariter approbaturus sit: „L'économie mal entendue de sa fable est un défaut encore plus essentiel. Il commence grossiérement à la naissance de ses bergers, et ne finit pas même à leur mariage. Il étend sa narration jusqu'à leurs enfants et à leur vieillesse.“ Quod quidem durius Huetii iudicium comprobavit Baylius in Long. facete addens: „C'est sortir entiérement du vrai caractère

„depuis la décadence du bon goût, jusqu'à la ruine de l'empire.“

j) De multis ac gravissimis Achillis Tatii vitiis vide eundem ibid. Huet. pag. 75. et sqq. cui tamen non assentior Heliodori stylo Achillis Tatii dicendi genus anteponenti; illudque brevius, liquidius et simplicius esse existimanti et in eo magis naturalem ac minus fucatum agnoscenti nitorem.

„de cette espèce d'écrits: il les font finir "au jour des noces, „et se taire sur les suites du mariage: une héroine de ro„man grosse et accouchée est un étrange personnage." Sed Huetio et Baylio in hoc quidem male fastidiosis responderi potest, Longum ea, quae in senectute Daphnidi et Chloae acciderunt, quaeque ad eorum liberos pertinebant non quidem narrasse, sed veluti aliud agentem et praetereuntem ita praemonstrasse, ut ipsemet in Iliade et in Odyssea Homerus Achillis et Ulyssis mortem (Od. ψ. v. 281 seqq.), ut Virgilius Aeneae nepotum et eorum qui nascendi erant ab illis fata praenuntiavit. Qui in suavissimo Longi libello veluti habitaverunt, qui cum Daphnide et Chloë familiarius ut ita dicam vixerunt, eorum casibus et periculis fuerunt commoti, eorum adversis doluerunt rebus et prosperis laetati, eorum solide gavisi fuerunt gaudium, ii non ita placide in praesente illorum felicitatis imagine conquiescent ut non et interdum avide in futura promineant, Longum veluti interrogent, an firma et stabilia permultos annos permanserint illa fortunae, quae tandem cum iis in gratiam redierat, munera: candidum illum pastorem, ingenuam illam puellam, quibus se semel addixere, in omnibus vitae aetatibus et conditionibus constitutos prosequi amabunt; explorare conabuntur, an affluentibus derepente deliciis "atque opibus ebrii, ingenuum illum candorem ac simplicitatem exuerint. Gratias agent scriptori, qui tacito eorum voto ultro occurrens omni ipsos liberavit metu, longam Daphnidis et Chloës annorum seriem, continua vitae beatae gaudia, formosum formosorum parentum sobolem, circumfusos et illam amplissimam fortunam secutos, ovium greges et pendentes de rupibus capellas, ac Daphnidis et Chloës, quos illarum nunquam poenituit, ubique vestigiis inhaerentes, surgentem Amoris pastoris aram (namque ille iis fuit semper deus), conditum Panis templum et ornamenta illi antro addita, quod primis Chloës expositae circumsonuit vagitibus; qui denique haec omnia ipsis procul ac veluti obiter praemonstravit, (v. p. 134. nostrae ed.) simulque paucis versiculis multa, eaque cognitione dignissima complexus, praemonuit, illos auream vitae pastoralis simplicitatem et alimenta et bona, ac puras semper retinuisse delicias, Nympharum servatricium, Amoris ac Panis

cultui semper addictos fuisse eaque suis liberis nomina indidisse, eas elegisse nutrices, quae sua sibi ipsis incunabula quotidie repraesentarent.

Quod vero ab his ipsis Daphnidis et Chloës incunabulis ordiatur Longus, hoc Huetio ineptae ac perversae oeconomiae vitium videtur; scilicet ille falso sibi in animum induxerat, fabellarum amatoriarum "scriptores iisdem quibus poetas epicos obnoxios esse legibus et ut Homero reges et proelia ac veluti classicum canenti, qui

Non gemino bellum Troianum orditur ab ovo,

sic Longo fistulam inflanti, didictum carmen dicenti et oves ut ita dicam pascenti, in medias res non secus ac notas auditorem *) rapiendum fuisse: quod idem est ac si voluisset timidam et innoxiam virginem sertis redimitam et in gemmeis lascivientem pratis inter arbusta et humiles myricas ad choreas vel ad amoena Tempe et amica soloque rivuli fugientis susurro turbata, fortunati nemoris silentia, ubi hospitalem umbram consociant illius amoris consciae arbores, eadem via, eodem impetu praecipitem deferri, quo inter Iliacos campos sanguine fumantes et ferro ac flammis collucentes, torvus et totus aere rigens Achilles ad pugnam ruebat. Frustra igitur dicit p. 135. Longo facile fuisse suam fabulam ad Epici poëmatis normam fingere et componere et ad illius regulas exigere; sed eum videri has regulas aut ignorasse aut sprevisse: quod ego laudandum potius quam "vituperandum censeo; cum dissimillima non confundenda et commiscenda sint genera. Non igitur fabulae Milesiae scriptor iis tenetur legibus, quas sic pro suo arbitrio finxit Huetius pag. 133 sqq. „J'appelle romans réguliers ceux qui sont dans les règles du „poëme héroïque. Les Grecs qui ont si heureusement per„fectionné la plupart de sciences et des arts, qu'on les en a „crus les inventeurs, ont aussi cultivé l'art romanesque; et „de brut et inculte qu'il étoit parmi les Orientaux, ils lui ont „fait prendre une meilleure forme, en le resserrant sous les

*) Sic statim ab initio lectorem suum in medias res veluti notas rapuit Heliodorus, qui suam fabulam (sed illam non pastoralem, quod multum dispar est), ita praeclare orsus est, ut vix melius suas Homerus et Virgilius.

„règles de l'Epopée et joignant en un corps parfait les di„verses parties sans ordre et sans rapport; qui composaient „les romans avant eux. Véritablement ils ne se sont pas „tous assujettis à ces règles."

Pergit Huetius dicendo p. 126.: „On peut remarquer „plusieurs traits que Longus a pris des autres auteurs, dont „je viens de vous parler, ou qu'ils ont pris de lui: car on „ne sait pas leur âge, ni celui de Longus. Aucun des an„ciens ne parle de lui, et il ne porte aucune marque, qui „donne lieux au conjectures, si ce n'est peut-être la pureté „de son élocution, qui me le fait juger plus ancien que les „deux auteurs précédentes." (Theod. Prodromus et Eustath. [Eumathius]). Sic supra dixerat p. 120.: „Les Pa„storales de Longus ont aussi quelquefois servi de modèle à „Théodore Prodrome et à Eustathe ou Eumathe "si toute„fois il est plus ancien qu'eux; car on ignore en quel temps „ils ont vécu. Il semble qu'Eustathius tient de lui cette „fine galanterie de faire servir Hysmène à table, et presen„ter le verre a Hysminias et de le faire boire par le même „endroit que les levres de sa maitresse ont touché; et que „Théodore Prodromus lui doit le nom et l'emploi de Bry„axis." Nunquam satis mirari queo, quomodo doctissimus Huetius ut rem incertam et ambiguam ponere potuerit, absurdis istis et ineptis medii aevi scriptoribus, Theodoro Prodromo et Eustathio antiquiorem esse Longum, quem septem minimum seculis priorem esse ex solo dicendi genere constat. Deinde in eo falsus est Huetius, quod Theodori Prodromi aetatem ignorari affirmiet. Ille enim, ut recte observat Fabric. Bibl. G. l. V. c. 6. art. 10. Vol. VI. pag. 815. vixit circa seculi a Ch. n. XII. initia Alexio et deinde Ioanne Comneno imperium tenentibus; nec Eumathius ab eo seculo longe abesse potuit. Idem dicendum et de Niceta Eugeniano, qui Huetio notus non fuit et in sua de Drosillae et Chariclis amoribus fabula Theodor. Prodromi manifesto expressit. Praeterea Huetius hic coniicit a Longo Eustathium sumpsisse videri hoc elegans urbanitatis genus, quae in eo posita est, ut Hysmina pocula ministrans inducatur Hysminiasque ea parte bibat, quae amicae suae labellis tacta fuerat; sed has amantium delicias non in Longo solum sed

in multis aliis Eroticis scriptoribus, cum Baylio in Longum passim observavimus.

De eodem Longo Huetius p. 127.: „Il me paroît assez „croyable que M. d'Urfé a pris de lui l'idée de ses pastora„les, ou que s'il l'a prise, comme tant d'autres choses et l'ar„gument même de son Sireine, de la Diane de Montemayor, „ou de l'Amynte du Tasse, ou du Pastor fido de Guarini, „qu'il a aussi pillé sans scrupule, ou de quelqu'une des au„tres Pastorales Italiennes, qui sont en si grand nombre, „que Bartoli d'Urbin en avoit ramassé jusqu'à quatre vingt, „Longus, que ceux-ci ont vraisemblablement imité, est le „premier modèle des uns et des autres; " (Huetius observare debuisset Tassi Amynta et Monte Mayoris Dianam posteriorem esse priorem Longi editionem, quae non prodiit nisi a. 1598. Monte Mayor autem 1560. et Tassus a. 1595. obierunt) „quoique les Idylles de Théocrite, les Eclogues de Virgile et „toutes celles que les poëtes "Grecs et Latins nous ont lais„sées, et même celles des Provencaux puissent bien avoir „contribué aux desseins de leur ouvrages; et que, pour re„monter plus haut, ce que nous avons des anciens Hébreux „en ce genre, dont on pourra bien tâcher d'imiter les agre„ments, mais qu'on n'égalera jamais, soit la source de tou„tes les Pastorales."

Merito autem Huet. p. 60. post Photium in Bibl. cod. CLXVI. p. 363. observat, omnium fere Fabularum Milesiarum, quae a Graecis conscriptae sunt ut a Luciano, Lucio, Iamblicho, Achille Tatio, Heliodoro atque Damascio, (in hoc Photii loco nulla, quod mirum, Longi mentio; sed ut iam observavit Huetius p. 88., compertum est Photium, non de omnibus qui ipsum praecesserant auctoribus, sed de iis duntaxat quos legibus qui ipsum praecesserant auctoribus, sed de iis duntaxat, quos legatus in Assyriam legerat, locutum esse) fontem et exemplar fuisse illos viginti quatuor Incredibilium de insula Thule libros, quos praeeunte quodam Antiphane, qui fuit etiam antiquior, non ita diu post Alexandri M. tempora, ut Photius suspicatur, composuerat Antonius Diogenes: ἔστι δ', ὡς ἔοικεν, οὗτος χρόνῳ πρεσβύτερος τῶν τὰ τοιαῦτα ἐσπουδακότων διαπλάσαι, οἷον Λουκιανοῦ, Λουκίου, Ἰαμβλίχου, Ἀχιλλέως Τατίου, Ἡλιο-

δώρου τε καὶ Δαμασκίου. Καὶ γὰρ τῶν περὶ ἀληθῶν διηγημάτων Λουκιανοῦ, καὶ τῶν περὶ μεταμορφώσεων Λουκίου, πηγὴ καὶ ῥίζα ἔοικεν εἶναι τοῦτο. Οὐ μόνον "δὲ, ἀλλὰ καὶ τῶν περὶ Σινωνίδα καὶ Ῥοδάνην, Λευκίππην τε καὶ Κλειτοφῶντα, καὶ Χαρίκλειαν καὶ Θεαγένην, τῶν τε περὶ αὐτοὺς πλασμάτων καὶ τῆς πλάνης, ἐρώτων τε καὶ ἁρπαγῆς καὶ κινδύνων, ἡ Δέρκυλλις καὶ Κήρυλλος καὶ Θρουσκάνος καὶ Δεινίας ἐοίκασι παράδειγμα γεγονέναι.... Ἔστιν ὑπολογίσασθαι, ὡς οὐ λίαν πόῤῥω τῶν χρόνων τοῦ βασιλέως Ἀλεξάνδρου. Μνημονεύει δὲ οὗτος ἀρχαιοτέρου τινὸς Ἀντιφάνους, ὅν φησι περὶ τοιαῦτά τινα τερατολογήματα κατεσχολακέναι *).

*) [His verbis terminantur ea, quae Vill. de Longo et de imitatione posteriorum scriptorum exposuit. Quae deinde usque ad finem eius Prol. continent, in quibus partim de codd. et edd. Longi, partim de suae editionis ratione dixit, omittenda esse putavi].

ΛΟΓΓΟΥ

ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ

ΛΟΓΟΙ ΤΕΤΤΑΡΕΣ.

δώρου τε καὶ Δαμασκίου. Καὶ γὰρ τῶν περὶ ἀληθῶν διηγημάτων Λουκιανοῦ, καὶ τῶν περὶ μεταμορφώσεων Λουκίου, πηγὴ καὶ ῥίζα ἔοικεν εἶναι τοῦτο. Οὐ μόνον "δὲ, ἀλλὰ καὶ τῶν περὶ Σινωνίδα καὶ Ῥοδάνην, Λευκίππην τε καὶ Κλειτοφῶντα, καὶ Χαρίκλειαν καὶ Θεαγένην, τῶν τε περὶ αὐτοὺς πλασμάτων καὶ τῆς πλάνης, ἐρώτων τε καὶ ἁρπαγῆς καὶ κινδύνων, ἡ Δέρκυλλις καὶ Κήρυλλος καὶ Θρουσκάνος καὶ Δεινίας ἐοίκασι παράδειγμα γεγονέναι. . . . Ἔστιν ὑπολογίσασθαι, ὡς οὐ λίαν πόῤῥω τῶν χρόνων τοῦ βασιλέως Ἀλεξάνδρου. Μνημονεύει δὲ οὗτος ἀρχαιοτέρου τινὸς Ἀντιφάνους, ὅν φησι περὶ τοιαῦτά τινα τερατολογήματα κατεσχολακέναι *).

*) [His verbis terminantur ea, quae Vill. de Longo et de imitatione posteriorum scriptorum exposuit. Quae deinde usque ad finem eius Prol. continent, in quibus partim de codd. et edd. Longi, partim de suae editionis ratione dixit, omittenda esse putavi].

ΛΟΓΓΟΥ

ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ

ΛΟΓΟΙ ΤΕΤΤΑΡΕΣ.

ΛΟΓΓΟΥ

ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ

ΤΩΝ ΚΑΤΑ

ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Schaef. 3 Ἐν Λέσβῳ θηρῶν ἐν ἄλσει Νυμφῶν θέαμα εἶδον VIII. 1
κάλλιστον ὧν εἶδον· εἰκόνος γραφὴν, ἱστορίαν ἔρωτος.
καλὸν μὲν καὶ τὸ ἄλσος, πολύδενδρον, ἀνθηρόν, κατάῤ-
ῥυτον· μία πηγὴ πάντα ἔτρεφε, καὶ τὰ ἄνθη καὶ τὰ
δένδρα· ἀλλ' ἡ γραφὴ τερπνοτέρα καὶ τέχνην ἔχουσα
περιττὴν καὶ τύχην ἐρωτικήν· ὥστε πολλοὶ καὶ τῶν
ξένων κατὰ φήμην ᾔεσαν, τῶν μὲν Νυμφῶν ἱκέται, τῆς
δὲ εἰκόνος "θεαταί. γυναῖκες ἐπ' αὐτῆς τίκτουσαι καὶ 2
ἄλλαι σπαργάνοις κοσμοῦσαι, παιδία ἐκκείμενα, ποίμνια
4 τρέφοντα, ποιμένες "ἀναιρούμενοι, νέοι συντιθέμενοι,
λῃστῶν καταδρομή, πολεμίων ἐμβολή.

2. Πολλὰ ἄλλα καὶ πάντα ἐρωτικὰ ἰδόντα με καὶ θαυμάσαντα πόθος ἔσχεν ἀντιγράψαι τῇ γραφῇ. καὶ ἀναζητησάμενος ἐξηγητὴν τῆς εἰκόνος τέτταρας βίβλους ἐξεπονησάμην, ἀνάθημα μὲν Ἔρωτι καὶ Νύμφαις καὶ

Προοίμιον omiss. λόγος πρῶτος V. S. — εἰκόνα, γραφὴν V. — καὶ ante τῶν ξέν. om. V. S. — κοσμοῦσαι παιδία V.

Πανί, κτῆμα δὲ τερπνὸν πᾶσιν ἀνθρώποις, ὃ καὶ νοσοῦντα ἰάσεται καὶ λυπούμενον παραμυθήσεται, τὸν ἐρασθέντα ἀναμνήσει, τὸν οὐκ ἐρασθέντα προπαιδεύσει. πάντως γὰρ οὐδεὶς Ἔρωτα ἔφυγεν ἢ φεύξεται, μέχρι ἂν κάλλος ᾖ καὶ ὀφθαλμοὶ βλέπωσιν. ἡμῖν δὲ ὁ θεὸς παράσχοι σωφρονοῦσι τὰ τῶν ἄλλων γράφειν.

2. *μέχρις ἂν* V. S. C.

5 1. *Πόλις ἐστὶ τῆς Λέσβου, Μυτιλήνη, μεγάλη καὶ* 3
*καλή· διείληπται γὰρ εὐρίποις ὑπεισρεούσης τῆς θαλάσ-
σης καὶ κεκόσμηται γεφύραις ξεστοῦ καὶ λευκοῦ λίθου.
νομίσεις οὐ πόλιν ὁρᾶν, ἀλλὰ νῆσον. ἀλλὰ ἦν ταύτης
τῆς πόλεως, τῆς Μυτιλήνης, ὅσον ἀπὸ σταδίων διακο-
σίων ἀγρὸς ἀνδρὸς εὐδαίμονος, κτῆμα κάλλιστον, ὄρη
θηροτρόφα, πεδία πυροφόρα, γήλοφοι κλημάτων, νομαὶ
ποιμνίων· καὶ ἡ θάλασσα προσέκλυζεν ἠϊόνος ἐκτεταμένης
ψάμμῳ μαλθακῇ.*
2. *Ἐν τῷδε τῷ ἀγρῷ νέμων αἰπόλος, Λάμων τοὔ-
νομα, παιδίον εὗρεν ὑπὸ αἰγὸς τρεφόμενον. δρυμὸς ἦν*
6 *καὶ λόχμη βάτων καὶ κιττὸς ἐπιπλανώμενος "καὶ πόα
μαλθακή, καθ' ἧς ἔκειτο τὸ παιδίον. ἐνταῦθα ἡ αἲξ
θέουσα συνεχὲς ἀφανὴς ἐγίνετο πολλάκις καὶ τὸν ἔριφον
ἀπολιποῦσα τῷ βρέφει παρέμενε. φυλάττει τὰς διαδρο-
μὰς ὁ Λάμων οἰκτείρας ἀμελούμενον τὸν ἔριφον· καὶ
μεσημβρίας ἀκμαζούσης κατ' ἴχνος "ἐλθὼν ὁρᾷ τὴν* 4
*μὲν αἶγα πεφυλαγμένως περιβεβηκυῖαν, μὴ ταῖς χηλαῖς
βλάπτοι πατοῦσα, τὸ δὲ ὥσπερ ἐκ μητρῴας θηλῆς τὴν
ἐπιῤῥοὴν ἕλκον τοῦ γάλακτος. θαυμάσας, ὥσπερ εἰκὸς
ἦν, πρόσεισιν ἐγγὺς καὶ εὑρίσκει παιδίον ἄῤῥεν, μέγα
καὶ καλὸν καὶ τῆς κατὰ τὴν ἔκθεσιν τύχης ἐν σπαργά-
νοις κρείττοσι. χλαμύδιόν τε γὰρ ἦν ἁλουργὲς καὶ
πόρπη χρυσῆ καὶ ξιφίδιον ἐλεφαντόκωπον.*

1. *Λόγος πρῶτος* tit. V. S. — *Μιτυλήνη* V. S. C. et in sqq.— *ἐστὶ Λέσβ.* V. S. — *θαλάττης* V. S. et ita etiam infra. — *ἀλλ' ἐκ ταύτης τ. π. τ. Μ. δ. ἀπ. στ. δ. ἀγ. ἦν ἀνδ.* V. *ταύτης τ. π. τ. Μ. ὅ. ἀ. στ. δ. ἀ. ἦν ἀνδ.* S. C. — *ἠϊόνι ἐκτεταμένη ψ. μ.* V. S. *ἠϊόνι ἐκτεταμένη ψάμμου μαλθακῆς* C.
2. post *πατοῦσα* add. *τὸ βρέφος* S. C. — *καὶ θαυμάσας* V. S. — *χλανίδιον* pro *χλαμύδιον* C.

3. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐβουλεύσατο μόνα τὰ γνω-
ρίσματα βαστάσας ἀμελῆσαι τοῦ βρέφους· ἔπειτα αἰδε-
σθείς, εἰ μηδὲ αἰγὸς φιλανθρωπίαν μιμήσεται, νύκτα
φυλάξας κομίζει πάντα πρὸς τὴν γυναῖκα Μυρτάλην,
καὶ τὰ γνωρίσματα καὶ τὸ παιδίον καὶ τὴν αἶγα αὐτήν.
"τῆς δὲ ἐκπλαγείσης, εἰ παιδία τίκτουσιν αἶγες, ὁ δὲ πάντα 7
αὐτῇ διηγεῖται, πῶς εὗρεν ἐκκείμενον, πῶς εἶδε τρε-
φόμενον, πῶς ᾐδέσθη καταλιπεῖν ἀποθανούμενον. δό-
ξαν δὴ κἀκείνῃ, τὰ μὲν συνεκτεθέντα κρύπτουσι, τὸ δὲ
παιδίον αὐτῶν ἐπονομάζουσι, τῇ δὲ αἰγὶ τὴν τροφὴν
ἐπιτρέπουσιν. ὡς δ' ἂν καὶ τὸ ὄνομα τοῦ παιδίου ποι-
μενικὸν δοκοίη, Δάφνιν αὐτὸν ἔγνωσαν καλεῖν.

5 4. Ἤδη δὲ διετοῦς χρόνου διϊκνουμένου, ποιμὴν
ἐξ ἀγρῶν ὁμόρων νέμων, Δρύας τὸ ὄνομα, καὶ αὐτὸς
ὁμοίοις ἐπιτυγχάνει καὶ εὑρήμασι καὶ θεάμασι. Νυμ-
φῶν ἄντρον ἦν, πέτρα μεγάλη, τὰ ἔνδοθεν κοίλη, τὰ
ἔξωθεν περιφερής. τὰ ἀγάλματα τῶν Νυμφῶν αὐτῶν
λίθοις πεποίητο· πόδες ἀνυπόδητοι, χεῖρες εἰς ὤμους
γυμναί, κόμη μέχρι τῶν αὐχένων λελυμένη, ζῶμα περὶ
τὴν ἰξύν, μειδίαμα περὶ τὴν ὀφρύν· τὸ πᾶν σχῆμα
χορεία ἦν ὀρχουμένων. ἡ ὤα τοῦ ἄντρου τῆς μεγάλης
πέτρας ἦν τὸ μεσαίτατον. ἐκ δὲ πηγῆς ὕδωρ ἀναβλύζον
ῥεῖθρον ἐποίει χεόμενον, "ὥστε καὶ λειμὼν πάνυ γλαφυ- 8
ρὸς ἐκτέτατο πρὸ τοῦ ἄντρου, πολλῆς καὶ μαλακῆς πόας
ὑπὸ τῆς νοτίδος τρεφομένης. ἀνέκειντο δὲ καὶ γαυλοὶ
καὶ αὐλοὶ πλάγιοι καὶ σύριγγες καὶ κάλαμοι πρεσβυτέ-
ρων ποιμένων ἀναθήματα.

5. Εἰς τοῦτο τὸ νυμφαῖον οἶς ἀρτιτόκος συχνὰ φοι-
τῶσα δόξαν πολλάκις ἀπωλείας παρεῖχε. κολάσαι δὲ
βουλόμενος αὐτὴν καὶ εἰς τὴν προτέραν εὐνομίαν κατα-
6 στῆσαι δεσμὸν ῥάβδου χλωρᾶς "λυγίσας ὅμοιον βρόχῳ
τῇ πέτρᾳ προσῆλθεν, ὡς ἐκεῖ συλληψόμενος αὐτήν.
ἐπιστὰς δὲ οὐδὲν εἶδεν ὧν ἤλπισεν, ἀλλὰ τὴν μὲν δι-
δοῦσαν πάνυ ἀνθρωπίνως τὴν θηλὴν εἰς ἄφθονον τοῦ

3. εἰ καὶ π. τ. αἶγες V. εἰ καὶ π. τ. αἱ αἶγ. S. — ὅδε pro
ὁ δὲ V. S. om. C. — εὗρε τρεφόμ. V.
4. τὸ ἔνδ. V. — τὰ ante ἔξωθεν om. V. S. — ἐπεποίητο
V. S. — ἐκ δὲ τῆς π. V.
5. ὁ Δρύας post καταστῆσαι add. S.

γάλακτος ὁλκήν, τὸ δὲ παιδίον ἀκλαυτὶ λάβρως εἰς ἀμ-
φοτέρας τὰς θηλὰς μεταφέρον τὸ στόμα καθαρὸν καὶ
φαιδρόν, οἷα τῆς οἰὸς τῇ γλώττῃ τὸ πρόσωπον ἀπο-
λιχμωμένης μετὰ τὸν κόρον τῆς τροφῆς. θῆλυ ἦν
τοῦτο τὸ παιδίον. καὶ παρέκειτο καὶ τούτῳ σπάργανα,
γνωρίσματα, μίτρα διάχρυσος, ὑποδήματα ἐπίχρυσα καὶ
περισκελίδες χρυσαῖ.
9 **6.** Θεῖον δή τι νομίσας τὸ εὕρημα καὶ διδασκόμενος
παρὰ τῆς οἰὸς ἐλεεῖν τε τὸ παιδίον καὶ φιλεῖν, ἀναιρεῖ-
ται μὲν τὸ βρέφος ἐπ᾽ ἀγκῶνος, ἀποτίθεται δὲ τὰ γνω-
ρίσματα κατὰ τῆς πήρας, εὔχεται δὲ ταῖς Νύμφαις ἐπὶ
τύχῃ χρηστῇ θρέψαι τὴν ἱκέτιν αὐτῶν. καὶ ἐπεὶ καιρὸς
ἦν ἀπελαύνειν τὴν ποίμνην, ἐλθὼν εἰς τὴν ἔπαυλιν τῇ
γυναικὶ διηγεῖται τὰ ὀφθέντα, δείκνυσι τὰ εὑρεθέντα,
παρακελεύεται θυγάτριον νομίζειν, λανθάνουσαν "ὡς 7
ἴδιον τρέφειν. ἡ μὲν δὴ Νάπη (τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο)
μήτηρ εὐθὺς ἦν καὶ ἐφίλει τὸ παιδίον, ὥσπερ ὑπὸ τῆς
οἰὸς παρευδοκιμηθῆναι δεδοικυῖα, καὶ τίθεται καὶ αὐτὴ
ποιμενικὸν ὄνομα πρὸς πίστιν αὐτῷ, Χλόην.
7. Ταῦτα τὰ παιδία ταχὺ μάλα ηὔξησε καὶ κάλλος
αὐτοῖς ἐξεφαίνετο κρεῖττον ἀγροικίας. ἤδη τε ἦν ὁ
μὲν πέντε καὶ δέκα ἐτῶν ἀπὸ γενεᾶς, ἡ δὲ τοσούτων
δυοῖν ἀποδεόντων, καὶ ὁ Δρύας καὶ ὁ Λάμων ἐπὶ μιᾶς
νυκτὸς ὁρῶσιν ὄναρ τοιόνδε τι. τὰς Νύμφας ἐδόκουν
ἐκείνας, τὰς ἐν τῷ ἄντρῳ, ἐν ᾧ ἡ πηγή, ἐν ᾧ τὸ παι-
10 δίον εὗρεν "ὁ Δρύας, τὸν Δάφνιν καὶ τὴν Χλόην παρα-
διδόναι παιδίῳ μάλα σοβαρῷ καὶ καλῷ, πτερὰ ἐκ τῶν
ὤμων ἔχοντι, βέλη σμικρὰ ἅμα τοξαρίῳ φέροντι· τὸ δὲ
ἐφαψάμενον ἀμφοτέρων ἑνὶ βέλει κελεῦσαι λοιπὸν ποι-
μαίνειν, τὸν μὲν τὸ αἰπόλιον, τὴν δὲ τὸ ποίμνιον.
8. Τοῦτο τὸ ὄναρ ἰδόντες ἤχθοντο μὲν οἱ ποιμέ-
νες, εἰ ἔσοιντο καὶ οὗτοι αἰπόλοι τύχην ἐκ σπαργάνων
ἐπαγγελλόμενοι κρείττονα, δι᾽ ἣν αὐτοὺς "καὶ τροφαῖς 8

ἀκλαγγί pro ἀκλαυτί V. S.

6. ὥστε pro ὥσπερ V.

7. ἐφαίνετο V. S. — ἤδη οὖν ὁ μὲν πέντε V. ἤδη οὖν ὁ μὲν ἦν π. S. — Vulg. ἀποδεόντοιν. Plene interpung. V. et S. post ἀποδεόντοιν. — Ante τὰς Ν. add. V. εἶναι. S. ἰέναι. C. ἰδεῖν. — τὸν ante Δάφνιν om. V. S.

ἀβροτέραις ἔτρεφον καὶ γράμματα ἐπαίδευον καὶ πάντα
ὅσα καλὰ ἦν ἐπ᾽ ἀγροικίᾳ· ἐδόκει δὲ πείθεσθαι θεοῖς
περὶ τῶν σωθέντων προνοίᾳ θεῶν. καὶ κοινώσαντες
ἀλλήλοις τὸ ὄναρ καὶ θύσαντες τῷ τὰ πτερὰ ἔχοντι
παιδίῳ παρὰ ταῖς Νύμφαις (τὸ γὰρ ὄνομα λέγειν οὐκ
εἶχον), ὡς ποιμένας ἐκπέμπουσιν αὐτοὺς ἅμα ταῖς ἀγέ-
λαις ἐκδιδάξαντες ἕκαστα· πῶς δεῖ νέμειν πρὸ μεσημ-
βρίας, πῶς νέμειν κοπάσαντος τοῦ καύματος, πότε
ἄγειν ἐπὶ ποτόν, πότε ἀπάγειν ἐπὶ κοῖτον, ἐπὶ τίσι κα-
λαύροπι χρηστέον, ἐπὶ τίσι μόνῃ φωνῇ. οἱ δὲ μάλα
χαίροντες "ὡς ἀρχὴν μεγάλην παρελάμβανον καὶ ἐφί- 11
λουν τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα μᾶλλον ἢ ποιμέσιν
ἔθος, ἡ μὲν ἐς ποίμνιον ἄγουσα τῆς σωτηρίας τὴν
αἰτίαν, ὁ δὲ μεμνημένος ὡς ἐκκείμενον αὐτὸν αἲξ ἀνέ-
θρεψεν.

9. Ἦρος ἦν ἀρχὴ καὶ πάντα ἤκμαζεν ἄνθη, τὰ ἐν
δρυμοῖς, τὰ ἐν λειμῶσι, καὶ ὅσα ὄρεια. βόμβος ἦν ἤδη
μελιττῶν, ἦχος ὀρνίθων μουσικῶν, σκιρτήματα ποι-
μνίων ἀρτιγεννήτων· ἄρνες ἐσκίρτων ἐν τοῖς ὄρεσιν,
9 ἐβόμβουν ἐν τοῖς λειμῶσιν "αἱ μέλιτται, τὰς λόχμας
κατῇδον ὄρνιθες. τοσαύτης δὴ πάντα κατεχούσης εὐω-
ρίας, οἱ ἁπαλοὶ καὶ νέοι μιμηταὶ τῶν ἀκουομένων ἐγί-
νοντο καὶ βλεπομένων. ἀκούοντες μὲν τῶν ὀρνίθων
ᾀδόντων ᾖδον, βλέποντες δὲ σκιρτῶντας τοὺς ἄρνας
ἥλλοντο κοῦφα, καὶ τὰς μελίττας δὲ μιμούμενοι τὰ
ἄνθη συνέλεγον, καὶ τὰ μὲν εἰς τοὺς κόλπους ἔβαλλον,
τὰ δὲ στεφανίσκους πλέκοντες ταῖς Νύμφαις ἐπέφερον.

10. Ἔπραττον δὲ κοινῇ πάντα πλησίον ἀλλήλων
νέμοντες. καὶ πολλάκις μὲν ὁ Δάφνις τῶν "προβάτων 12
τὰ ἀποπλανώμενα συνέστελλε, πολλάκις δὲ ἡ Χλόη τὰς
θρασυτέρας τῶν αἰγῶν ἀπὸ τῶν κρημνῶν κατήλαυνεν.
ἤδη δέ τις καὶ τὰς ἀγέλας ἀμφοτέρας ἐφρούρησε θατέ-
ρου προσλιπαρήσαντος ἀθύρματι. ἀθύρματα δὲ ἦν αὐ-
τοῖς ποιμενικὰ καὶ παιδικά. ἡ μὲν ἀνθερίκους ἀνελο-
μένη ποθὲν ἐξελθοῦσα ἀκριδοθήκην ἔπλεκε καὶ περὶ

8. in. ἤ. μ. εἰ ποιμένες ἔσ. καὶ οὗτοι, τύχ. C. — πῶς δεῖ νέμειν V. S. πῶς ποιμαίνειν C.
9. οἶδε pro οἱ ante ἀπ. C. — ἔφερον V. S.
10. ἀνελομένη ἠῶθεν S. ἐξελθοῦσα om. C. — ἀκριδοθήραν

τοῦτο πονουμένη τῶν ποιμνίων ἠμέλησεν, ὁ δὲ καλά-
μους ἐκτεμὼν λεπτοὺς καὶ τρήσας τὰς τῶν γονάτων
διαφυὰς ἀλλήλους τε κηρῷ μαλθακῷ "συναρτήσας μέχρι 10
νυκτὸς συρίζειν ἐμελέτησε. καί ποτε δὲ ἐκοινώνουν
γάλακτος καὶ οἴνου καὶ τροφὰς, ἃς οἴκοθεν ἔφερον,
εἰς κοινὸν ἔφερον. θᾶττον ἄν τις εἶδε τὰ ποίμνια
καὶ τὰς αἶγας ἀπ' ἀλλήλων μεμερισμένας, ἢ Χλόην
καὶ Δάφνιν.

11. Τοιαῦτα δὲ αὐτῶν παιζόντων τοιάνδε σπουδὴν
Ἔρως ἀνέπλασε. λύκαινα τρέφουσα σκύμνους νέους ἐκ
τῶν πλησίον ἀγρῶν ἐξ ἄλλων ποιμνίων πολλὰ ἥρπαζε
πολλῆς τροφῆς ἐς ἀνατροφὴν τῶν σκύμνων δεομένη.
13 συνελθόντες "οὖν οἱ κωμῆται νύκτωρ σιροὺς ὀρύττουσι
τὸ εὖρος ὀργυιᾶς, τὸ βάθος τεττάρων. τὸ μὲν δὴ χῶμα
τὸ πολὺ σπείρουσι κομίσαντες μακράν, ξύλα δὲ ξηρὰ
μακρὰ τείναντες ὑπὲρ τοῦ χάσματος τὸ περιττὸν τοῦ
χώματος κατέπασαν, τῆς πρότερον γῆς εἰκόνα· ὥστε,
κἂν λαγὼς ἐπιδράμῃ, κατακλᾷ τὰ ξύλα κάρφων ἀσθε-
νέστερα ὄντα, καὶ τότε παρέχει μαθεῖν, ὅτι γῆ οὐκ ἦν,
ἀλλὰ μεμίμητο γῆν. τοιαῦτα πολλὰ ὀρύγματα κἀν τοῖς
ὄρεσι κἀν τοῖς πεδίοις ὀρύξαντες τὴν μὲν λύκαιναν οὐκ
εὐτύχησαν "λαβεῖν· αἰσθάνεται γὰρ καὶ γῆς σεσοφισμέ- 11
νης· πολλὰς δὲ αἶγας καὶ ποίμνια διέφθειραν καὶ
Δάφνιν παρ' ὀλίγον ὧδε.

12. Τράγοι παροξυνθέντες εἰς μάχην συνέπεσον. τῷ
οὖν ἑτέρῳ τὸ ἕτερον κέρας βιαιοτέρας γενομένης συμ-
βολῆς θραύεται· καὶ ἀλγήσας, φριμαξάμενος ἐς φυγὴν
ἐτράπετο· ὁ δὲ νικῶν κατ' ἴχνος ἑπόμενος ἄπαυστον
ἐποίει τὴν φυγήν. ἀλγεῖ Δάφνις περὶ τῷ κέρατι καὶ τῇ
14 θρασύτητι ἀχθεσθεὶς ξύλον καὶ τὴν καλαύροπα "λαβὼν
ἐδίωκε τὸν διώκοντα. οἷα δὲ τοῦ μὲν ὑπεκφεύγοντος,
τοῦ δὲ ὀργῇ διώκοντος, οὐκ ἀκριβὴς τῶν ἐν ποσὶν ἡ
πρόσοψις ἦν, ἀλλὰ κατὰ χάσματος ἄμφω πίπτουσιν, ὁ
τράγος πρότερος, ὁ Δάφνις δεύτερος. τοῦτο καὶ ἔσωσε
Δάφνιν χρήσασθαι τῆς καταφορᾶς ὀχήματι τῷ τράγῳ.
ὁ μὲν δὴ τὸν ἀνιμησόμενον, εἴ τις ἄρα γένοιτο, δακρύων

V. S. C. — ἀλλήλας V. — ἀγέλας pro αἶγας V.
11. πολλάκις pro πολλά V. S. C. — σιῤῥοὺς V. S. C. — τεσσάρων V. S.

ἀνέμενεν· ἡ δὲ Χλόη θεασαμένη τὸ συμβὰν δρόμῳ παραγίνεται εἰς τὸν σιρόν· καὶ μαθοῦσα ὅτι ζῇ, καλεῖ τινὰ βουκόλον ἐκ τῶν ἀγρῶν τῶν πλησίον πρὸς ἐπι-
12 κουρίαν. ὁ δὲ ἐλθὼν σχοῖνον ἐζήτει "μακράν, ἧς ἐχόμενος, ἀνιμώμενος ἐκβήσεται. καὶ σχοῖνος μὲν οὐκ ἦν· ἡ δὲ Χλόη λυσαμένη ταινίαν δίδωσι καθεῖναι τῷ βουκόλῳ· καὶ οὕτως οἱ μὲν ἐπὶ τοῦ χείλους ἑστῶτες εἷλκον· ὁ δὲ ἀνέβη ταῖς τῆς ταινίας ὁλκαῖς ταῖς χερσὶν ἀκολουθῶν. ἀνιμήσαντο δὲ καὶ τὸν ἄθλιον τράγον συντεθραυσμένον ἄμφω τὰ κέρατα· τοσοῦτον ἄρα ἡ δίκη μετῆλθε τοῦ νικηθέντος τράγου. τοῦτον μὲν δὴ τυθησόμενον χαρίζονται σῶστρα τῷ βουκόλῳ καὶ ἔμελλον ψεύδεσθαι πρὸς τοὺς "οἴκοι λύκων ἐπιδρομήν, εἴ τις αὐτὸν ἐπόθησεν· αὐτοὶ δὲ ἐπανελθόντες ἐπεσκοποῦντο τὴν ποίμνην καὶ τὸ αἰπόλιον· καὶ ἐπεὶ κατέμαθον ἐν κόσμῳ νομῆς καὶ τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα, καθίσαντες ἐπὶ στελέχει δρυὸς ἐσκόπουν, μή τι μέρος τοῦ σώματος ὁ Δάφνις ᾕμαξε καταπεσών. τέτρωτο μὲν οὖν οὐδέν, οὐδὲ ᾕμακτο οὐδέν, χώματος δὲ καὶ πηλοῦ πέπαστο καὶ τὰς κόμας καὶ τὸ ἄλλο σῶμα. ἐδόκει δὲ λούσασθαι, πρὶν αἴσθησιν γενέσθαι τοῦ συμβάντος Λάμωνι καὶ Μυρτάλῃ.

13 **13.** *Καὶ* ἐλθὼν ἅμα "τῇ Χλόῃ πρὸς τὸ νυμφαῖον, ἐν ᾧ ἡ πηγή, τῇ μὲν ἔδωκε καὶ τὸν χιτωνίσκον καὶ τὴν πήραν *) φυλάττειν, αὐτὸς δὲ τῇ πηγῇ προστὰς τήν τε κόμην καὶ τὸ σῶμα πᾶν ἀπελούετο. ἦν δὲ ἡ μὲν κόμη μέλαινα καὶ πολλή, τὸ δὲ σῶμα ἐπίκαυτον ἡλίῳ. εἴκασεν ἄν τις αὐτὸ χρώζεσθαι τῇ σκιᾷ τῆς κόμης· ἐδόκει δὲ τῇ Χλόῃ θεωμένῃ καλὸς ὁ Δάφνις, ὅτι [δὲ μὴ] πρότερον αὐτῇ καλὸς ἐδόκει, τὸ λουτρὸν ἐνόμιζε τοῦ κάλλους αἴτιον. καὶ τὰ νῶτα δὲ ἀπολουούσης ἡ σὰρξ ὑπέπιπτε μαλθακή· ὥστε λαθοῦσα ἑαυτῆς

12. πρὸς pro εἰς C. — σιῤῥόν V. S. C. — τινὰ ante βουκόλ. om. V. S. — ἀνιμήσαντες pro ἀνιμήσαντο V. — ποθήσειεν S. — ὑπὸ pro ἐπί C. — δὴ pro δέ S. C.

13. πρὸς τὸ ἄντρον τῶν Νυμφῶν V. S. — χιτῶνα V. S. — ἐπιχρώζεσθαι pro χρ. P. — καὶ ὅτι μὴ C. P.

*) Ab his inde verbis incipiunt ea quae Cour. prim. ex A (Cod. Monte Cassinensi) edidit usque ad p. 16. Schaef. Subiecta est diversitas lectionis Courerianae et Passowianae.

ἥψατο πολλάκις, εἰ τρυφερώτερος εἴη πειρωμένη. καί, τότε μὲν γὰρ ἐπὶ δυσμαῖς ἦν ὁ ἥλιος, ἀπήλασαν τὰς ἀγέλας οἴκαδε, καὶ ἐπεπόνθει Χλόη περιττὸν οὐδέν, ὅτι μὴ Δάφνιν ἐπεθύμει λουόμενον ἰδέσθαι πάλιν. τῆς δὲ ὑστεραίας ὡς ἧκον εἰς τὴν νομήν, ὁ μὲν Δάφνις ὑπὸ τῇ δρυῒ τῇ συνήθει καθεζόμενος ἐσύριττε καὶ ἅμα τὰς αἶγας ἐπεσκόπει κατακειμένας καὶ ὥσπερ τῶν μελῶν ἀκροωμένας, ἡ δὲ Χλόη πλησίον καθημένη, [καὶ] τὴν ἀγέλην μὲν τῶν προβάτων ἐπέβλεπε, τὸ δὲ πλέον εἰς Δάφνιν ἑώρα· καὶ ἐδόκει καλὸς αὐτῇ συρίττων πάλιν, καὶ αὖθις αἰτίαν ἐνόμιζε τὴν μουσικὴν τοῦ κάλλους, ὥστε μετ' ἐκεῖνον καὶ αὐτὴ τὴν σύριγγα ἔλαβεν, εἴ πως γένοιτο καὶ αὐτὴ καλή. ἔπεισε δὲ αὐτὸν καὶ λούσασθαι πάλιν καὶ λουόμενον εἶδε καὶ ἰδοῦσα ἥψατο καὶ ἀπῆλθε πάλιν ἐπαινέσασα, καὶ ὁ ἔπαινος ἦν ἔρωτος ἀρχή. ὅ τι μὲν οὖν ἔπασχεν οὐκ ᾔδει νέα κόρη καὶ ἐν ἀγροικίᾳ τεθραμμένη καὶ οὐδὲ ἄλλου λέγοντος ἀκούσασα τὸ τοῦ ἔρωτος ὄνομα. ἄση δὲ αὐτῆς εἶχε τὴν ψυχήν, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν οὐκ ἐκράτει καὶ πολλὰ ἐλάλει Δάφνιν· τροφῆς ἠμέλει, νύκτωρ ἠγρύπνει, τῆς ἀγέλης κατεφρόνει· νῦν ἐγέλα, νῦν ἔκλαιεν· εἶτα ἐκάθευδεν, εἶτα ἀνεπήδα· ὠχρία τὸ πρόσωπον, ἐρυθήματι αὖθις ἐφλέγετο. οὐδὲ βοὸς οἴστρῳ πληγείσης τοσαῦτα ἔργα. ἐπῆλθόν ποτε αὐτῇ καὶ τοιοίδε λόγοι μόνῃ γενομένῃ.

14. »Νῦν ἐγὼ νοσῶ μέν, τί δὲ ἡ νόσος ἀγνοῶ· »ἀλγῶ, καὶ ἕλκος οὐκ ἔστι μοι· λυποῦμαι, καὶ οὐδὲν »τῶν προβάτων ἀπόλωλέ μοι. καίομαι, καὶ ἐν σκιᾷ »τοσαύτῃ κάθημαι. πόσοι βάτοι με πολλάκις ἤμυξαν, »καὶ οὐκ ἔκλαυσα. πόσαι μέλιτται κέντρα ἐνῆκαν, ἀλλὰ »ἔφαγον. τουτὶ δὲ τὸ νύττον μου τὴν καρδίαν πάντων »ἐκείνων πικρότερον. καλὸς ὁ Δάφνις, καὶ γὰρ τὰ ἄνθη· »καλὸν ἡ σύριγξ αὐτοῦ φθέγγεται, καὶ γὰρ αἱ ἀηδόνες· »ἀλλ' ἐκείνων οὐδείς μοι λόγος. εἴθε αὐτοῦ σύριγξ ἐγε»νόμην, ἵν' ἐμπνέῃ μοι· εἴθε αἴξ, ἵν' ὑπ' ἐκείνου νέμω»μαι. ὦ πονηρὸν ὕδωρ, μόνον Δάφνιν καλὸν ἐποίησας, »ἐγὼ δὲ μάτην ἀπελουσάμην. οἴχομαι, Νύμφαι φίλαι, »καὶ οὐδὲ ὑμεῖς σῴζετε τὴν παρθένον τὴν ἐν ὑμῖν τρα-

τρυφερώτερον C. P. — καὶ ante τοιοίδε om. P.
14. πόσαι pro πόσοι P. — τουτὶ δὴ P. C.

»φεῖσαν. τίς ὑμᾶς στεφανώσει μετ' ἐμέ; τίς τοὺς ἀθλίους »ἄρνας ἀναθρέψει; τίς τὴν λάλον ἀκρίδα θεραπεύσει; »ἣν πολλὰ καμοῦσα ἐθήρασα, ἵνα με κατακοιμίζῃ φθεγ»γομένη παρὰ τὰ ἄντρα, νῦν δὲ ἐγὼ μὲν ἀγρυπνῶ διὰ »Δάφνιν, ἡ δὲ μάτην λαλεῖ.«

15. Τοιαῦτα ἔπασχε, τοιαῦτα ἔλεγεν, ἐπιζητοῦσα τὸ ἔρωτος ὄνομα. Δόρκων δὲ ὁ βουκόλος, ὁ τὸν Δάφνιν ἐκ τοῦ σιροῦ καὶ τὸν τράγον ἀνιμησάμενος ἀρτιγένειος μειρακίσκος καὶ εἰδὼς ἔρωτος καὶ τὰ ἔργα καὶ τὰ ὀνόματα, εὐθὺς μὲν ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐρωτικῶς τῆς Χλόης διετέθη, πλειόνων δὲ διαγενομένων μᾶλλον τὴν ψυχὴν ἐξεπυρσεύθη καὶ τοῦ Δάφνιδος ὡς παιδὸς καταφρονήσας ἔγνω κατεργάσασθαι δώροις ἢ βίᾳ. τὰ μὲν δὴ πρῶτα δῶρα αὐτοῖς ἐκόμισε, τῷ μὲν σύριγγα βουκολικὴν καλάμους ἐννέα χαλκῷ δεδεμένους ἀντὶ κηροῦ, τῇ δὲ νεβρίδα βακχικήν. καὶ αὐτῇ τὸ χρῶμα ἦν ὥσπερ γεγραμμένον χρώμασιν. ἐντεῦθεν δὲ φίλος νομιζόμενος τοῦ μὲν Δάφνιδος ἠμέλει κατ' ὀλίγον, τῇ Χλόῃ δὲ ἀνὰ πάσας ἡμέρας ἐπέφερεν ἢ τυρὸν ἁπαλὸν ἢ στέφανον ἀνθηρὸν ἢ μῆλον ὡραῖον· ἐκόμισε δέ ποτε αὐτῇ καὶ μόσχον ὀρειγέννητον καὶ κισσύβιον διάχρυσον καὶ ὀρνίθων ὀρείων νεοττούς. ἡ δὲ ἄπειρος οὖσα τέχνης ἐραστοῦ, λαμβάνουσα μὲν τὰ δῶρα ἔχαιρε, μᾶλλον δὲ ἔχαιρεν ὅτι Δάφνιδι εἶχεν αὐτὴ χαρίζεσθαι· καί, ἔδει γὰρ ἤδη καὶ Δάφνιν γνῶναι τὰ ἔρωτος ἔργα, γίνεταί ποτε τῷ Δόρκωνι πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ κάλλους ἔρις, καὶ ἐδίκαζε μὲν Χλόη, ἔκειτο δὲ ἆθλον τῷ νικήσαντι φιλῆσαι Χλόην. Δόρκων δὲ πρότερος ὧδε ἔλεγεν.

16. »Ἐγώ, παρθένε, μείζων εἰμὶ Δάφνιδος, καὶ ἐγὼ »μὲν βουκόλος, ὁ δὲ αἰπόλος, τοσοῦτον κρείττων ὅσον »αἰγῶν βόες· καὶ λευκός εἰμι ὡς γάλα καὶ πυῤῥὸς ὡς »θέρος μέλλον ἀμᾶσθαι, καὶ ἔθρεψε μήτηρ, οὐ θηρίον. »οὗτος δέ ἐστι μικρὸς καὶ ἀγένειος ὡς γυνὴ καὶ μέλας »ὡς λύκος. νέμει δὲ τράγους, ὄδω . . . . δεινόν.

φλεγομένη π. τὰ ἄντρα C. φθεγγ. παρὰ τὸ ἄντρον P.
15. τοῦ ἔρωτος C. τὸ τοῦ P. — σιῤῥοῦ P. C. — post καλάμους add. P. C. ἔχουσαν. — λευκώμασιν pro χρώμασιν P.
16. τοῦ ante Δάφν. ins. P. — ὁ μὲν αἰπόλος, ἐγὼ δὲ βουκόλος P. με ante ἔθρεψε add. P. C. — ὄδωδε δὲ ἄρα P.

VI. Hoc igitur inventum divinitus sibi obtigisse ratus et ab ove edoctus huiusce infantis misereri eamque amore prosequi terra sublatam ulnis excipit, monumenta vero in peram

recondit, precatus Nymphas, ut, quod felix faustumque sit, ipsarum supplicem educare liceat. Et quoniam iam tempus erat gregem a pascuis reducere, casam repetit, uxori quae vidit exponit, quae invenit commonstrat, hortatur ut filiolam pro sua agnoscat atque educet ac rem, quomodo se habeat, nemini patefaciat. At Nape, hoc enim illi nomen, mater statim erat, infantem amabat, quasi metueret, ne ab ove superaretur eique in humanitate cederet; quin et ipsa nomen illi pastorale indidit, vocando Chloën, ut sibi hanc filiam esse suam dicenti fidem adstrueret.

VII. Et hi quidem infantes brevi temporis spatio ingens ceperunt incrementum et in iis forma elucebat longe quam pro rustica sorte praestantior. Iam autem Daphnis annos quindecim erat natus, Chloë vero totidem si duos demseris, cum Dryanti et Lamoni eadem nocte haec obiecta est in somniis species: videbantur iis Nymphae illae quae erant in antro, in quo fons scaturiebat et infantem Dryas invenerat, Daphnim et Chloën tradere puero admodum protervo et venusto, cui alae ex humeris penderent, qui parva spicula parvo cum arcu gestaret; et hic quidem puer ambos uno eodemque attingens telo iubere pascere in posterum hunc caprarum, illam ovium gregem.

VIII. Et hoc quidem somnio viso doluere pastores, si forte Daphnis ac Chloë caprarum et ovium pastores et ipsi quoque futuri essent, qui tamen meliorem fortunam ex suis fasciis de se possent sperare; ob quam spem etiam illos delicatioribus enutriebant cibis literasque et quaecunque ruri praeclara habebantur, edocebant. Placuit tamen in iis, quae ad infantes Deorum providentia servatos pertinerent, morem gerere Diis. Et narrato suo sibi invicem somnio sacrisque factis aligero illi apud Nymphas puero, (eius enim nomen dicere non poterant) mox ut pastores foras ipsos cum gregibus emittunt, singula edoctos: quo pacto ante meridiem pascere oporteat, quo pacto postquam remisisset aestus, quando agere potum, quando ad caulam abigere, quando utendum pedo, quando sola dumtaxat voce. Illi vero oppido exsultantes, quasi magnum adepti imperium, capras atque oves impense diligebant et quidem multo magis quam pastorum vulgus solet: nam Chloë ad

oves suae causam salutis referebat. Daphnis itidem non immemor erat, quod sese expositum capra enutrivisset.

IX. Initium veris erat omniumque florum genus per silvas, per prata, per montes vigebat. Iam apum bombus, iam canorarum avium vox aures permulcebat; pecora novella saltu lasciviebant; agni in montibus saliebant, apes in pratis susurrabant, aves nemora cantu personabant. Dum ita placide sepositis curis omnia voluptati indulgebant, illi teneri ac iuvenes visa auditaque imitabantur. Audito avium cantu canebant; conspecto lascivientium agnorum saltu et ipsi leviter saltabant; quin etiam apes aemulabantur colligentes flosculos, quorum alios gremio inserebant, alios coronis intextos Nymphis afferebant.

X. Coniunctim pascentes omnia communiter agebant. Et saepe Daphnis oves aberrantes cogebat; saepe Chloë audaciores capras a praeruptis abigebat locis. Nunc alter, altero ludicris intento, utriusque gregis custodiam agebat. Ludicra autem iis pastoralia et puerilia: haec domo egressa, sublatis alicunde spicis, capsulam locustis captandis nectebat et tota in hac re ovium curam interim omittebat; ille vero, excisis tenuibus calamis et perforatis nodis iunctimque inter se molli cera aptatis et conglutinatis, in seram noctem fistula carmen meditabatur. Nonnunquam lac et vinum inter se communicabant victumque, quem domo attulerant, in commune conferebant: citius aliquis ovium ac caprarum greges a se invicem disiunctos, quam Chloën atque Daphnim vidisset.

XI. Ipsis autem sic ludentibus talem Amor iniecit curam. Lupa quaedam recentes alens catulos proximis ex agris multa saepe rapiebat de aliis gregibus, quod alimento copioso ad suos catulos enutriendos opus haberet. Congregati igitur pagani noctu scrobem effodiunt, latitudine unius ulnae, altitudine quatuor. Et humum quidem effossam atque egestam maiori ex parte dispergunt eam procul a fossa removentes; sicca autem ligna longa super fossam intendentes adsperserunt illa terra, quae ex hac egesta effossaque remanebat, ut similis esset fossa pristina solo, utque vel lepus, si percurreret, ista ligna stipulis ipsis fragiliora confringeret atque tum faceret indicium, terram non esse, sed tantummodo terram imitari. Multis id genus fossis per montes, per campos ductis, lupam tamen haudqua-

quam capere potuerunt; sentit enim etiam solum callide fictum, multas vero capras atque oves perdiderunt, quin etiam fere Daphnim, hoc modo:

XII. Hirci lascivientes ad pugnam concurrerunt. Uni igitur cornu alterum ex violentiore conflictu frangitur, qui dolens inde fremebundus se in fugam dedit. Victor autem per vestigia insectans fugientem persequendo non destitit. Daphnis confracto dolens cornu offensusque illa contumacia, fuste pedoque arreptis persequentem persequebatur. Uti autem fere fit, altero quidem subterfugiente, altero autem ira abrepto et persequente, non certus satis eorum, quae ad pedes occurrebant, prospectus erat; sed in foveam ambo incidunt, hircus prior, posterior Daphnis. Et hoc ipsum Daphnim servavit, utpote hirco pro vehiculo, quo innixus delaberetur, usum. Atque ille quidem lacrimabundus, a quo extraheretur, si quis appareret, exspectabat; Chloë vero, ut conspexit, quod evenerat, protinus ad fossam advolat atque illum vivere cognoscens, ex agris vicinis pastorem aliquem auxilio vocat. Ille cum advenisset, longum quaerebat funem, cui adhaerens Daphnis extrahi et sic evadere posset. Verum funis ad manum non erat; Chloë igitur statim suam solvit taeniam et hanc demittendam bubulco illi porrigit. Atque hi quidem hunc in modum ad labra fossae stantes trahere coeperunt; Daphnis vero taeniam, qua trahebatur, manibus subsequendo, ascendit. Extraxerunt autem etiam miserum illum hircum, cui utrumque cornu confractum erat; tantas ergo devicti hirci poenas persecutor dederat. Hunc ipsum iamiam immolandum praemium partae salutis bubulco donarunt apud suos luporum incursionem ementituri, si quis illum desideraret. Ipsimet reversi ovium caprarumque inspiciunt gregem. Cumque vidissent utrumque gregem decenti ordine pascere, quercus trunco insidentes, num quam corporis partem inter decidendum Daphnis cruentasset, curiose dispiciebant. Sed pars nulla laesa aut cruentata erat; coma tantum corpusque reliquum humo adgestitia coenoque adspersum. Quare visum est Daphnidi prius suum abluere corpus, quam casus ille innotesceret Lamoni atque Myrtalae.

XIII. Atque una cum Chloë ad antrum Nympharum, in quo fons erat, accedens illi peram atque tunicam tradidit custodiendas; ipse autem fonti adstans et capillos et totum corpus

abluebat. Capilli autem erant nigri spissique, corpus sole adustum. Putavisses id ab umbra capillorum colorem duxisse. Videbatur autem Chloae intuenti pulcher esse Daphnis, cuius rei causam, quia non antea ei pulcher esse visus erat, lavacrum esse arbitrabatur. Tergum eius abluens cum molliter eius cederet manibus caro, saepius clam se attrectabat, illene mollior esset explorans. Tum vero sole ad occasum vergente greges domum abegerunt. Nec quicquam acciderat Chloae, nisi quod Daphnim se lavantem iterum videre cuperet. Postero autem die postquam in pascua venerunt, Daphnis consueta sub quercu cum consedisset fistula canebat simulque capras observabat cubantes et quasi ad cantum attendentes; Chloë autem prope sedens ovium quidem gregem intuebatur, saepius tamen in Daphnim oculos convertebat. Videbatur ei rursus pulcher esse Daphnis cum fistula caneret, et iterum pulchritudinis causam musicam esse opinabatur, ut deinde et ipsa prehenderet fistulam, num forte et ipsa fieret pulchra. Suasit ei ut iterum se lavaret viditque eum se lavantem vidensque tetigit et discessit iterum laudans eum eusque erat amoris initium. Quid sentiret ignorabat, iuvenca cum esset ruri que educata neque a quoquam alio Amoris nomen edocta. Fastidium eius capiebat animum eratque oculorum impotens et saepius in ore habebat Daphnim. cibum negligebat, nocte somno carebat, gregem spernebat; nunc ridebat, nunc lacrimabat, modo recumbebat, modo exsiliebat; pallescebat, rursus rubore suffundebatur. Ne bovis quidem oestro punctae talia. Subibant etiam ei, cum sola esset, tales sermones:

XIV. „Morbo quidem laboro, qualis vero sit morbus nescio: „doleo, at vulnus deest; moesta sum, at nullam ovem amisi; „uror, at tanta in umbra sedeo; quot frequenter me spinae laeserunt, nec tamen lacrimavi; quot apes aculeo me pupugerunt, „cibum tamen sumsi. Hoc autem quod animum affligit meum, „longe illis omnibus est asperius. Pulcher est Daphnis, verum „etiam flores; dulce eius fistula sonat, verum etiam lusciniae. At „nihil haec curo. Utinam eius fierem fistula, ut me inflaret; „utinam capra, ut ab eo pascerer. O aquam malignam, quae „solum Daphnim formosum reddideris; ego vero incassum me „lavi. Perii bonae Nymphae, ne vos quidem iuvatis me puellam „inter vos nutritam. Quis vos post me coronabit, quis minores

„agnos nutriet, quis locustam loquacem curabit, quam magno „cum labore cepi, ut cantando ad antra me consopiret. Nunc „autem insomnis sum Daphnidis culpa; illa vero frustra voçem „edit.“

XV. Talia patiebatur, talia dicebat quaerens Amoris nomen Dorco autem bubulcus ille, qui Daphnim simul cum hirco ex fovea extraxerat, iuvenis recens pubes et gnarus Amoris et rerum et nominum, ab illo statim die Chloën amare coeperat. Pluribus deinde diebus peractis magis flagravit amore Daphnimque ut puerum despiciens aut donis aut vi rem perficere constituit. Ac primum quidem dedit iis dona, huic fistulam pastoritiam novem compositam calamis cerae vice aheno coagmentatis, illi pellem hinnuli bacchicam, cuius color pictorum colorum prae se ferebat speciem. Hinc pro amico habitus Daphnim sensim negligebat, Chloae vero quotidie donabat sive caseum tenerum sive floream coronam sive malum formosum. Attulit etiam aliquando vitulum silvestrem et poculum inauratum aviumque montanarum pullos. Haec autem cum esset amatoriae artis imperita, laeta accepit ea dona et eo magis quod haberet quae Daphnidi posset offerre. Oritur aliquando (oportebat enim iam Daphnim experiri Amoris opera) de pulchritudine contentio cum Dorcone. Arbitra constituebatur Chloë; praemiumque victori erat propositum Chloën osculari. Prior Dorco ita fari incepit:

XVI. „Ego, puella, maior sum Daphnide, ego bubulcus, „caprarius iste, tanto praestantior illo quanto capris boves. „Etiam candidus sum ut lac flavusque ut segetes demetendae; „mater [me] enutrivit, non pecus. Iste vero pusillus est et im„berbis ut mulier et niger ut lupus. Pascit autem hircos . . . . „male [olentes]. Pauper est, ut ne canem quidem possit alere. „Si vero capra, ut dicunt, ei lac praebuit, nihil ab haedis differt.“ Haec similiaque Dorco; tum Daphnis: „Me vero capra enutrivit „ut Iovem. Pasco capros . . . . quod ne Pan quidem, „quamvis sit maximam partem caper. Satis mihi est casei panis„que veru assati et vini albi, quae rusticorum opulentorum est „possessio. Imberbis sum, at etiam Dionysus; fuscus, at etiam „hyacinthus. Sed praestantior Dionysus Satyris, hyacinthus „liliis. Hic autem rufus ut vulpes barbaque promissa ut „hircus et candidus ut mulier urbana. Si te osculari oportebit, „meum quidem os osculaberis, istius vero in mento lanuginem.

„Memento autem te quamquam ab ove nutritam, tamen esse „formosam."

XVII. Non amplius cunctata Chloë partim laude gavisa, partim Daphnin osculari iam diu cupida prosiluit eique osculum dedit, simplex illud quidem ac rude, animum tamen inflammare validum. Deinde hinc afflictus decessit aliam quaerens amoris viam. Daphnis contra ac si non basiatus sed morsus esset, statim tristis erat et saepius algebat corque palpitans reprimebat, et cupidus erat conspicere Chloën, quam si conspexit erubuit. Tum primum crinem eius admiratus est flavum et oculos bovis similes genasque lacte caprino candidiores, quasi antea caecus tum primum oculos esset nactus. Nullum cibum sumebat nisi paullum gustans et potans si quando cogeretur ita sumebat, ut os tantum madefaceret. Taciturnus erat, qui antea locustis erat loquacior; ignavus, qui capris plus se moverat. Neglectus adeo erat grex et fistula proiecta. Pallidior erat vultu gramine arido. Coram Chloë tantum loquax erat; ac si quando desertus esset ab ea, haec et id genus alia deinde apud se effingebat tacitus:

XVIII. „Quid tandem mihi facit Chloës osculum? Labella „quidem ipsis rosis delicatiora, et os favis dulcius, at osculum „quovis apis aculeo acerbius. Saepius haedos meos osculatus, „saepius catellos recens genitos basiavi, et etiam vitulum illum, „quem dono mihi dedit Dorco; at hoc osculum res mihi plane „nova. Exsilire mihi spiritus, exsultare cor, liquescere animus, „et tamen rursus osculari ardeo. O improbam victoriam! O „novum morbum, cuius ne nomen quidem dicere queam! Num „quid Chloë, mihi datura osculum, venenum gustavit? Quo„modo igitur non periit? Quam suave luscinae canunt, et mea „fistula silet! Quam lascive haedi saliunt, et ego sedeo! Quam „pulchre vigent flores, et ego nullas necto coronas! Sed violae „quidem et hyacinthi florent; Daphnis vero marcescit. Num „eo etiam res deveniet, ut me formosior vel Dorco sit appa„riturus?"

XIX. Talia quidem bonus ille Daphnis et patiebatur et dicebat; utpote qui primum amoris et opera et sermones degustare inciperet. At Dorco bubulcus, amator Chloës, Dryantem observans prope palmitem defodientem ad eum accedit cum caseis nonnullis egregiis. Atque illos quidem donat illi, quocum ipsi iam olim amicitia intercesserat, cum ipsemet Dryas gregem

pasceret. Inde initio facto sermonis de Chloës nuptiis iniecit et, si acciperet uxorem, multa magnaque munera pro bubulci opibus promisit; par scilicet boum aratorum, quattuor apum examina, pomorum plantaria quinquagena, tauri pellem calceis conficiendis idoneam, vitulum quotannis, qui non amplius mammam desideraret; adeo ut non multum abesset, quin Dryas hisce donis delinitus nuptias annueret. Attamen considerans praestantiori dignam esse sponso hanc virginem, veritusque, ne aliquando deprehensus gravissima in mala incideret, abnuit coniugium, atque sibi ignoscat orans praedicata munera recusat.

XX. Hac altera spe decidens Dorcon et incassum bonis caseis perditis statuit vi adoriri Chloën, quamprimum eam solam adverteret. Itaque cum observasset ad aquas appellere greges alternis diebus, nunc quidem Daphnim, nunc vero puellam ipsam, artem quandam bubulco convenientem comminiscitur. Lupi magni pellem sumtam, quem aliquando pro armentis pugnans suis taurus peremerat cornibus, circumposuit corpori in dorsum reiectam et ab humeris usque ad talos demissam, ita ut anteriores lupi pedes super manus ipsius expansi obtenderentur, posteriores vero super crura ad calcaneos usque, oris vero hiatus perinde atque armati viri galea caput velaret. Cum se autem, quam fieri poterat maxime, efferasset, ad fontem accedit, ex quo bibere capellae et oves post pastum solebant. In cavo autem pronus terrae loco situs erat fons locusque circa hunc totus spinis, rubis, iunipero humili carduisque ita horrebat, ut vel verus ac germanus lupus facile ibidem insidians delituisset. Hic sese abscondens tempus, quo potum agerentur greges, observabat, nec levem concipiebat spem, fore ut habitu illo perterrefactam Chloëa suis comprehenderet manibus.

XXI. Pauxillum interlabitur temporis, et Chloë pecora ad fontem compellebat relicto Daphnide, qui frondes virides decutiebat, quibus post pastum alerentur haedi. Atque canes ad oves et capras custodiendas secuti atque, quae est eorum in odorando sagacitas, Dorconem, qui ad manus puellae iniiciendas sese movebat, deprehendentes et valde acute allatrantes ut in lupum irruere et circumfusi atque undique inhaerentes, priusquam ob stuporem assurgeret, pellem momorderunt. Ac primum quidem, ne proderetur, metuens et pelle, qua tegebatur, munitus, tacitus inter frutices iacebat: ubi vero Chloë ad primum

[illegible] portenta. Daphnis ingemuit, [illegible] et ipsum corpus, dilacerato iam collo, mortua apprehenderunt. Ibi magno cum eiulatu suppliciter Daphnidis, qui iam advenerant, et puellae auxilium implorare coepit. Illi autem curam capiti cum [illegible] inclamatione celeriter adhibuerunt. [illegible] vero femora et humeros [illegible] ad fontem deduxerunt, atque corpus ipsius, ubi apparebant dentium impressiones, abluerunt et viridem ulmi corticem commanducatum superimposuerunt. Atque ob imperitiam amatoriarum [illegible], lavacrum pastorale deputantes, quod pellem induisset Dorco, nullaque modo illi succensentes, sed etiam verbis levare dolorem ipsius conati aliquatenus manu ductum dimiserunt.

XXII. Ex discrimine adductus ille et, ut aiunt, e canis, non e lupi ore servatus, suum curabat corpus. At Daphnis et Chloë defatigabantur magno in noctem capris ovibusque colligendis. Illae enim lupi pelle exterritae, et canum latratu conturbatae, aliae in petras evaserant, aliae ad mare usque decurrentes [illegible]. Tametsi edoctae erant et voci obtemperare et fistula demulceri et vel manuum strepitu cogi, tamen timor tunc omnium oblivionem ipsis iniecerat, aegreque tandem eas velut lepores ex vestigiis indagantes ad caulas reduxerunt. Illa nocte sola profunde dormitaverunt atque illam defatigationem pro amoris conceptae aegritudinis remedio habuerunt. Quum autem dies rediit, similem rursus in modum se affici senserunt. Laeti erant, se invicem videntes, moesti, discedentes. Dolebant, aliquid amplius volebant, quidnam vellent nesciebant. Illud solum norant, alterum quidem osculum, alterum vero lavacrum perdidisse. Insuper etiam ipsos anni illud tempus incendebat.

XXIII. Ver iam desinebat, et aestas oriebatur, omniaque vigebant. Arbores fructibus, campi segetibus laeti; suavis cicadarum strepitus, grata pomorum fragrantia, iucundus quoque ovium balatus. Putares flumina sensim labentia modulari cantum et ventos, qui pinus inflabant, fistula canere, poma amore capta humi decumbere, solemque venustatis et formae amantem omnes vestibus suis exuere. Daphnis igitur hisce omnibus incensus fluminibus sese immergebat, et modo se abluebat, modo pisces lascivientes et in gyrum tremula exsultantes venda captabat, saepe etiam bibebat veluti sic internum ardorem restincturus. Chloë vero cum oves multasque e capris mulsisset, [illegible]

opera in cogendo lacte erat occupata; muscae enim erant ipsi graves et [illegible] et mordendo, si abigerentur. Illa deinde, abluta facie, pinea se coronabat ramo, pellem hin- [illegible] induebat et mulctrale vino atque lacte replens commune simul cum Daphnide potu fruebatur.

XXIV. Ingruente vero meridie amborum oculi fuerant capti. Illa enim nudum conspicata Daphnin in eum efflorescentem pulchritudinem [illegible] indeque liquescebat, quod nullam in eo partem reprehendere posset; Daphnis vicissim pelle hinnuli ovilaque pinea ornatam Chloën et sibi mulctram porrigentem [illegible] unam e Nymphis, quae in antro erant, videre se existimabat. Ipse vero pinum de capite Chloës detractam sibi imponebat osculo tamen prius coronae impresso; Chloë contra vestem illius [illegible] et [illegible], prius osculata, induebat. Iam aliquando et [illegible] se [illegible] atque [illegible] invicem capita [illegible] sibi. [illegible] Chloë [illegible] Daphnidis [illegible] nigri- [illegible] myrti [illegible]; Daphnis vero faciem Chloës, quod candida et subrubicunda esset, malo assimilabat. Docebat etiam [illegible] et [illegible] [illegible] coeperat, [illegible] [illegible] labellis ipse calamos percurrebat. Sicque dum videbatur [illegible] informare, specioso quodam praetextu per fistulam Chloën osculabatur.

XXV. Accidit vero, ut cum per meridiem ille fistula luderet et [illegible] opaca tegerentur umbra, Chloë somnum [illegible] [illegible]. Quo animadverso Daphnis fistulam deposuit totamque ipsam [illegible] contemplatus est, quippe qui nihil tum [illegible], simulque ad ipsam leniter subloqui coepit: „Qua- „les [illegible], quem [illegible] spiritum! Certe non [illegible] „[illegible], [illegible] arbusta. Sed osculum figere vereor: cor quippe „mordeat suavium, et haud secus atque novum mel [illegible] fa- „[illegible]. Praeterea timeo, si osculum ei dederim, ne somnum ex- „[illegible]. O garrulae cicadae! Dormire ipsam non sinent ita va- „lide [illegible]. At etiam [illegible] cornibus [illegible] pu- „gnas [illegible]. Lupus vel vulpibus magis ignavos, qui hosce „non rapuerunt!"

XXVI. Interea dum haec fundebat verba, cicada fugiens [illegible], quae ipsam capere vellet, in Chloës incidit sinum; atque [illegible] illam quidem apprehendere non posset, sed [illegible] ei genas paullo attigit; quae

fatuitum perterrita. Daphnin insiluerunt, et circa ipsum corpus, dilacerato iam corio, morsu apprehenderunt. Ibi magno cum eiulatu suppliciter Daphnidis, qui iam advenerat, et puellae auxilium implorare coepit. Illi autem canes consueta inclamatione celeriter mitigaverunt. Dorconem vero femora et humeros laesum ad fontem deduxerunt, atque morsus ipsius, ubi apparebant dentium impressiones, abluerunt et viridem ulmi corticem commanducatum superimposuerunt. Atque ob imperitiam amatoriarum audaciarum, lusum pastoralem deputantes, quod pellem induisset Dorco, nullo modo illi succensentes, sed etiam verbis levare dolorem ipsius conati aliquatenus manu ductum dimiserunt.

XXII. Ex discrimine adductus ille et, ut aiunt, e canis, non e lupi ore servatus, aegre curabat corpus. At Daphnis et Chloë defatigabantur usque in noctem capris ovibusque colligendis. Hae enim lupi pelle exterritae et canum latratu conturbatae, aliae in petras cucurrerant, aliae ad mare usque cursu contenderant. Tametsi edoctae erant et voci obtemperare et fistula demulceri et vel manuum strepitu cogi, tamen timor tunc omnium oblivionem ipsis iniecerat; aegreque tandem eas velut lepores ex vestigiis indagantes ad caulas reduxerunt. Illa nocte solo profunde dormitaverunt atque illam defatigationem pro suo illo amore conceptae aegritudinis remedio habuerunt. Quum primum autem dies rediit, similem rursus in modum se affici sentiebant. Laeti erant se invicem videntes, maesti digressi. Dolebant, aliquid amplius volebant, quidnam vellent, nesciebant. Illud solum norant, alterum quidem osculum, alterum vero lavacrum perdidisse. Insuper etiam ipsos anni illud tempus incendebat.

XXIII. Ver iam desinebat et aestas oriebatur omniaque vigebant. Arbores fructibus, campi segetibus laeti; suavis cicadarum strepitus, grata pomorum fragrantia, iucundus quoque ovium balatus. Putares flumina, sensim labentia, modulari cantum et ventos, qui pinus inflabant, fistula canere, poma amore capta humi decumbere, solemque venustatis et formae amatorem omnes vestibus suis exuere. Daphnis igitur hisce ardoribus incensus fluminibus sese immergebat, et modo se abluebat, modo pisces lascivientes et in gyrum tremule exsultantes manu captabat; saepe etiam bibebat veluti sic internum aestum [illegible]. Chloë vero cum oves multasque e capris mulsisset, multa-

opera in cogendo lacte erat occupata; muscae enim erant ipsi graves et negotium facessebant et mordentes, si abigerentur. Illa deinde, abluta facie, pineis se coronabat ramis, pellem hinnuli induebat et mulctrale vino atque lacte replens communi simul cum Daphnide potu fruebatur.

XXIV. Ingruente vero meridie amborum oculi fuerant capti. Illa enim nudum conspicata Daphnin in eius efflorescentem pulchritudinem incidebat indeque liquescebat, quod nullam in eo partem reprehendere posset; Daphnis vicissim pelle hinnuli coronaque pinea ornatam Chloën et sibi mulctram porrigentem intueri quasi e Nymphis, quae in antro erant, videre se existimabat. Ipse vero pinum de capite Chloës detractam sibi imponebat osculo tamen prius coronae impresso; Chloë contra vestem illius lavantis et denudati, prius osculata, induebat. Iam aliquando et malis sese petebant atque discriminantes suorum invicem capita adornabant sibi. Et Chloë [illegible] Daphnidis [illegible] nigricantem myrtis [illegible]; Daphnis vero faciem Chloës, quod candida et subrubicunda esset, malo assimilabat. Docebat etiam eam fistula canere, simulque ea inspirare coeperat, fistulam eripiens labellis ipse calamos percurrebat. Sicque dum videbatur errantem informare, specioso admodum praetextu per fistulam Chloën osculabatur.

XXV. Accidit vero, ut cum per meridiem ille fistula luderet et pecora opaca tegerentur umbra, Chloë somnum [illegible] delaberetur. Quo animadverso Daphnis fistulam deposuit totamque ipsam insatiabiliter contemplatus est, quippe qui nihil tum revereretur, simulque ad ipsam leniter subloqui coepit: „Quales dormiunt oculi! Qualem vero exhalat spiritum! Certe non [illegible] „[illegible], neque arbusta. Sed osculum figere vereor: cor quippe „mordet suavium, et haud secus atque novum mel insanire facit. „Praeterea timeo, si osculer, ne dolorem, ne somnum ex„cutiam. O garrulas cicadas! Dormire ipsam non sinent ita va„lide perstrepentes. At etiam hirci cornibus confligentes pu„gnas concertant. Lupos vel vulpibus magis ignavos, qui hos „non rapuerunt!"

XXVI. Interea dum haec fundebat verba, cicada fugiens hirundinem, quae ipsam capere vellet, in Chloës incidit sinum, atque hirundo insequens illam quidem apprehendere non potuit, sed propius insectando penna illius genas puellae attigit; quae

ignara quid actum esset, magno cum clamore ex somno exsiluit. Cum autem vidisset et hirundinem prope adhuc volantem et Daphnim super hoc metu ridentem, timere destitit et oculos adhuc dormitantes abstersit. Atque cicada inter sinum supplicis gratias agentis pro salute parta ipso ei sinu insonuit. Iterum igitur Chloë valde exclamavit, Daphnis vero risit, eaque occasione arrepta in sinum puellae manus immisit optimamque illam cicadam ne in dextra quidem silentem extraxit. Qua conspecta Chloë admodum delectabatur apprehensamque deosculata iterum sinu suo excepit garrientem.

XXVII. Tunc ipsos palumbes ex silva pastorale quid canens oblectavit. Quaerentem autem Chloën, quidnam haec avis caneret, Daphnis edocuit narrans fabulam, quae vulgo iactabatur: „Erat virgo, ut tu, formosa, quae similiter in flore aetatis „multas pascebat boves. Eadem atque et perita canendi erat „impensoque illius modulatione delectabantur boves, adeo ut „neque pedi icta, neque stimuli inflicti, inter pascendum opus „haberent, sed sub pino sedens pineaque cincta corona Pana „atque Pityn cantu celebrabat, quo delinitae vaccae ab ipsa „nunquam discedebant. Adolescens, non procul inde boves „pascens, et ipse pulcher et musicus, ut haec virgo, cumque „illa de cantus suavitate contendens, maiorem vocem ut mas, „dulcem ut puer, contra edidit, et sic octo e vaccis easque „optimas suum in armentum pellectas abegit. Indigne tulit „puella hoc sui armenti damnum cantuque succubuisse dolens „precatur Deos, ut in avem, antequam domum redeat, conver„tatur. Annuunt Dii atque avem illam faciunt montanam, ut „puella est, atque musicam virgini isti similem, quae etiam nunc „canendo suae facit indicium iacturae, quod scilicet errabundas „vaccas quaerat."

XXVIII. Eiusmodi oblectamenta illis suppeditavit aestas. Autumno vero adulto et uvis maturescentibus Tyrii praedones, Carico hemiolio sumto, ne barbari esse viderentur, ad agros appulere, et gladiis dimidiatisque thoracibus armati escensione, quae in manus incidebant, diripuere, vinum odoratum, magnam frumenti copiam, mel, quod in suis continebatur favis. Boves quoque aliquot de Dorconis grege abegerunt, immo et Daphnim iuxta mare errabundum ceperunt. Chloë enim, utpote puella, lascivientem et ferocientem pastorum metu [illegible]

duxerunt. Hi cum vidissent iuvenem procerum ac formosum et ipsis rapinis ex agris aliis praestantiorem, non amplius satagentes circa capras aut alium in aliis agris rerum illum plorantem et consilii inopem et alta voce Chloen vocantem ad navem abduxerunt. Confestim soluto fune remisque manibus iniectis in altum provehuntur. Interea Chloe fuit oves edicebat fistulamque novam Daphnidi munus afferebat. At videns capras perterritas et audiens Daphnin semper magis magisque ipsam inclamantem, neglectis ovibus fistulam proiicit atque ad Dorconem cursu contendit oratura ut suppetias ferat.

XXIX. Ille vero gravibus plagis a latronibus concisus et paululum adhuc spirans, sanguine multo circumfuso, iacebat prostratus. Visa tamen Chloe, et exiguo prioris amoris igniculo excitato, "Mea Chloe," inquit, "ego quidem iamiam moriturus sum; nefarii enim praedones me pro bobus pugnantem haud secus ac bovem conciderunt; tu vero et tibi Daphnin servato et me ulciscere et illos male perde. Assuefeci vaccas meas fistulae sonum sequi atque eius concentum consectari, etiamsi aliquo procul pascantur. Agedum, accepta hac fistula illam cantu mitte, quod ego olim Daphnin, te vero Daphnis docuit; caetera autem curae erunt fistulae et bobus, quae illic erunt, succedis. Dono vero tibi etiam ipsam fistulam, qua contendens multos superavi et bubulcos et caprarios. Tu vero pro his, quoad adhuc vivam, osculare me, et mortuum lugeto, et cum alium bovem pascentem videbis, mei memento." [illegible]

XXX. Et Dorco quidem his dictis suavioque postremo dato simul et animam et vocem emisit. Chloe, accepta fistula labiisque suis admota, totis viribus annixa eam inflavit. Et statim boves audire et cantum agnoscere mugituque edito uno eodemque impetu in mare desilire. Violento autem saltu in alterum navis latus facto, eoque simul boum pondere mari dehiscente navis evertitur, fluctibusque coeuntibus pereunt. Illi autem excidunt, impari tamen spe salutis; cum praedones gladiis accincti atque dimidiatis squamosisque thoracibus induti, nec non ocreis ad media usque crura subducti essent; Daphnis autem discalceatus, ut qui in campo tunc pasceret, atque seminudus, utpote cum adhuc aestivi ardores fervescerent. Reliqui igitur, postquam paulisper natarunt, arma in profundum demerserunt; Daphnis contra vestem facile exuebat; [illegible]

men non parum laborabat, quippe qui antea in fluviis tantum nare esset solitus. Verum deinde quid faciendum esset, ab ipsa edoctus necessitate, in medios boves irruit et utraque manu duorum cornibus boum apprehensis absque molestia et absque labore intermedius ferebatur veluti currum agens. Natat autem tantum bos, quantum ne homo quidem unquam; et in natando ab aquatilibus solum avibus ipsisque piscibus vincitur: neque facile bos natando perierit, nisi ungulae aquis emollitae deciderint. Multi maris loci ad hanc usque aetatem Bospori nuncupati meis dictis testimonium perhibent.

XXXI. Et hunc in modum Daphnis fuit servatus, cum duo pericula praeter spem omnem effugisset, latronum agmen atque naufragium. In terram egressus Chloën invenit ridentem simul et flentem, in cuius sinu reclinatus, quid sibilo isto edito voluerit, percontatur. Haec autem omnia illi ordine enarrat: nimirum ut ad Dorconem currere coeperit, quomodo vaccae edoctae fuerint, quomodo fistulam inflare iussa fuerit et quo pacto diem suum obierit Dorco; osculum solum pudore reticuit. Decreverunt igitur honore prosequi tam bene de ipsis meritum; et una cum propinquis venientes Dorconem miserum sepeliverunt. Terram igitur multam iniecerunt et plantas sativas magna copia illic plantaverunt primitiasque laborum ipsi suspenderunt. Insuper etiam lac libarunt, uvas compresserunt et multas fistulas pastoritias confregerunt. Auditi sunt etiam boum mugitus miserabiles visaeque una cum mugitibus discursitationes quaedam incompositae. Atque haec ipsa ut opiliones caprariique coniectabant, erant boum lamentatio defunctum suum bubulcum lugentium.

XXXII. Post has Dorconis exequias Chloë Daphnim ad Nymphas ductum inque antrum introductum abluit. Quo tempore etiam illa, tunc primum coram Daphnide, corpus lavit candidum et nitidum ob eximium formae decorem, neque lavacro opus habens ad pulchritudinem. Hinc collectis pro anni tempestate floribus Nympharum coronant signa, Dorconisque fistulam de petra consecratam suspendunt. Postea regressi capras atque oves inspiciebant, quae omnes iacebant neque pascentes neque balantes, sed, credo, Daphnim atque Chloën ex oculis ablatos desiderantes. Ut vero conspecti consuetum edidere vocem fistulamque inflarunt, illico surgentia pecora pascebant; ca-

pellae autem prae gaudio fremebundae exsultabant, veluti ob noti caprarii salutem laetae. Non tamen Daphnis, ut gauderet, animum inducere potuit, postquam nudam vidit Chloën atque pulchritudinem prius absconditam nunc detectam; ingentem corde sentiebat dolorem, haud aliter ac si veneno exederetur. Ipsius spiritus interdum rapidus, quasi eum persequeretur aliquis, ducebatur; interdum prioribus veluti incursionibus consumtus deficiebat. Lavacrum hoc illi ipso terribilius mari videbatur. Animum suum etiamnum apud latrones esse, utpote juvenis et agrestis latrociniique Amoris adhuc ignarus, existimabat.

LIBER SECUNDUS.

I. Cum autumnus iam progrederetur instaretque vindemiae tempus, quisque in agris operi intentus erat: alius torcularia parabat, alius dolia extergebat, alius cophinos texebat, alius sibi falculam uvis praecidendis curabat, alius lapidem, qui vini plenas uvas contereret, alius viticem aridam ictibus impactis contusam, quo scilicet praelucente lumine tempore nocturno mustum deferretur. Hinc Daphnis atque Chloë neglectis ovibus caprisque mutuam sibi accommodabant operam. Daphnis nempe in corbibus portabat uvas, iniiciebat torculari et calcabat inque dolia vinum inferebat; Chloë autem cibum vindemiatoribus parabat, potumque iisdem miscebat vinum vetustius atque ex humilioribus vitibus uvas colligebat. Omnis quippe in Lesbo vitis erat humilis, non sublimis neque arboribus maritata, sed deorsum palmites protendens atque hederae instar serpens. Et vel infans utique, cui recens manus a fasciis laxatae sint, uvas apprehenderet.

II. Ut igitur par est in Bacchi festo vinique natalibus, mulieres proximis ex agris arcessitae, ut rem sua opera adiuvarent, Daphnidi oculos adiiciebant laudibusque eum, tanquam Baccho pulchritudine parem efferebant. Et quaedam ex audacioribus osculum ipsi fixit, quae res, sicuti Daphnim inflammavit, ita sane Chloae fuit dolori. Qui autem in calcatoriis erant, varias voces in Chloën iactabant et veluti in quandam Baccham Satyri furiose insiliebant optabantque oves fieri et ab illa pasci; unde illa vicissim delectabatur, Daphnis autem moerebat. Porro non aliud

illis in votis erat, quam ut mox, vindemia finita, consuetos repeterent campos proque incondito illo clamore fistulam aut ipsos balantes audirent greges. At postquam, pauculis interiectis diebus, uvae quidem vindemiatae erant, dolia vero mustum iam receperant nihilque praeterea erat, quod manuum plurium operam deposceret, greges rursus in campum depulerunt atque admodum laeti Nymphas adoraverunt racemos ipsis in palmitibus, vindemiae primitias, illis offerentes: neque vero priori tempore negligenter unquam praetergredi solebant Nymphas, sed semper, antequam in pascua greges abigebant, huic cultui incumbebant, atque e pascuis redeuntes eas adorabant, semper aliquid afferentes, sive florem sive poma sive ramum viridem sive lactis libamen. Atque huius quidem pietatis gratiam postea a Deabus retulere; tunc autem quasi canes, quod aiunt, vinculis soluti saltabant, assiliebant, fistula ludebant, cantabant hircis ovibusque colluctabantur.

III. Dum sic indulgent genio, iis senex quidam pelle indutus, carbatinis calceatus, peram gerens appensam, eamque admodum vetustam supervenit, qui iuxta illos considens haec in modum fatur: „Ego sum, o pueri, senex ille Philetas, qui saepius in „harum Nympharum honorem cecini frequenterque in huiusce „Panis laudem fistula sum modulatus et solo canendi artificio „magna boum armenta duxi. Venio autem, quae vidi, vobis in„dicaturus, quaeque audivi, annunciaturus. Est mihi hortus, „quem ego sedulo, ex quo pascere armenta ob senectutem destiti, „meis ipse manibus excolui: quaecunque anni tempora ferunt, „ea omnia in illo inveniens unoquoque tempore: vere rosas, „hyacinthos et utrasque violas, aestate papavera, pyra agrestia „pomorumque omne genus: hoc autem autumnali tempore vites, „ficos malaque punica et virides myrtos. Huic in hortum tem„pore conveniunt matutino avium greges: aliae ad pastum, aliae „ad canendum. Etenim umbrosus est et opacus tribusque irri„guus fontibus. Si circum aliquis maceriam sustulerit, lucum vi„dere se putabit.

IV. „Ingredienti mihi hodierno die circa meridiem sub ma„lis punicis myrtisque conspicitur puellus manu tenens myrti „baccas malaque punica, lac ipsum suo candore, flava coma ignem „referens, nitidus quasi qui modo lotus esset. Hic nudus „solusque erat et ludibundus hortum, haud secus ac suum, vin-

„[illegible] comprehendere volens: „metuebam enim, ne hic pasturus myrtos malosque punicas mihi „confringeret. At ille levitate et sine ullo negotio me effugit, „nunc subeundo rosaria, nunc sese sub papaveribus occultando, „instar perdicis pulli. Sane saepenumero laboravi haedos la- „ctentes sectando, saepe etiam defessus fui cursu vitulos recens „natos insequendo: sed hoc varium aliquid erat, et quod capi „non posset. Defessus igitur, utpote aetate gravis, baculoque „innixus, et simul cavens ne elaberetur, [illegible] vici- „niae et quidnam sibi vellet, alienum hortum decerpendo, quaere- „bam. Ille nihil, sed prope adstans molliter ridebat et me „myrti baccis petens nescio quomodo permulcebat, ut ei iram non „iam ponerem. Rogabam itaque illum, ut omisso iam metu pro- „pius accederet et in manus meas veniret, iurans per myrtos, „me eum dimissurum donatumque malis atque granatis, atque „semper ei vindemiandas vites floresque decerpendos facultatem „[illegible]

V. „Hic ille cachinnans emittit vocem, qualem neque „hirundo neque luscinia neque cycnus, ut ego senex factus: Mihi „quidem, ait, Phileta, tibi osculum largiri nulla est molestia; „malo enim osculari, quam tu iuvenescere. Vide tamen, num hoc „munus tuae conveniat aetati: nihil enim tibi proderit senectus, „quin me, postquam unicum osculum perceperis, persequi incipias. „Ego vero capi nequaquam, ne si accipiter quidem vel aquila vel „alia his pernicior ales me insequatur. Puer non sum, quamquam „puer videar, sed ipso Saturno et quovis omni tempore anti- „quior. Ego scio te primo pubertatis flore magnum armentum „in illo palustri loco late diffusum pascentem; [illegible] „ego tibi fistula canenti prope fagos illas, quando Amaryllida „amabas: at me nullus videbas, quamquam puellae adstantem prope „admodum. Illam quidem tibi dedi, et hinc tibi filii egregii „bubulci et agricolae. Nunc autem Daphnidis et Chloes tan- „quam pastor curam ago; illosque, quoties compuli tempore „matutino, in hunc venio hortum, atque floribus plantisque „oblector fontibusque his ibi lavor. Quocirca florent illa plan- „taeque sunt venustae, utpote meo lavacro irrigatae. Vide „autem, num tibi aliqua stirps sit confracta, num fructus ali- „quis decerptus, num quae floris radix conculcata, num quis „fons perturbatus sit; ac laetare, qui solus mortalium in sene- „ctute hunc puerulum videris.“

[illegible] pellam [illegible]
[illegible]
[illegible] Vidi ipsum [illegible] ut [illegible]
[illegible]
[illegible] frontis [illegible] atque [illegible]
[illegible] Amori,
[illegible]
[illegible]
VII. Magna [illegible] delectati [illegible] fabulam [illegible]
[illegible] quae [illegible] tandem [illegible]
[illegible] ipsum, [illegible] potius [illegible] ad
[illegible] Philetam [illegible]
[illegible] Fecerunt etiam [illegible]
[illegible] Potentem [illegible]
[illegible] imperant [illegible]
[illegible] quidem tantum
[illegible] imperii in capras, ovesque [illegible]
[illegible] Per [illegible]
[illegible] Ego [illegible]
[illegible] videtis [illegible] qui [illegible]
[illegible] illam, [illegible]
[illegible] Amaryllidis [illegible] cogitabam, nec
[illegible]
[illegible] frigore corpus [illegible]
[illegible]
[illegible] implorabam [illegible]
[illegible] capitis [illegible]
[illegible] quod Amaryllidis [illegible]
[illegible] quidem [illegible]
[illegible] Amaryllidis [illegible] Nulla [illegible]
[illegible]
[illegible]
VIII. Philetas [illegible]
[illegible]
[illegible] Illi [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] etiam nos dolemus. [illegible]

[illegible] ne- [illegible] etiam nobis [illegible] Mutuam [illegible] Quid enim [illegible] quid [illegible] alterum quaerimus? [illegible] dixit Philetas [illegible] puellus [illegible] est parentibus, quoque [illegible] in illis olim [illegible] Pusillus [illegible] Nymphas [illegible] lida amanti. Sunt igitur quaerenda [illegible] [illegible]

XI. Quercum itaque subeuntes, alter post alterum [illegible] que gustato, quae erat in osculo, dulcedine explere voluptate nequibant, oriebaturque simul amplexus, qui oris temptationem iunctionem efficiebat. Interea dum Daphnis violentius inter amplexus illam attrahebat, in latus sese reclinat Chloë, illeque itaque suavium subsequens inclinatae recumbit. Agnoscentes igitur [illegible] hanc ipsam imaginem longo tempore quasi inter se constricti iacuerunt. Ceterum ignari, quae post illa agere deberent, arbitrati, hunc esse fruitionis amatoriae finem, pleraque diei parte nequidquam ita consumpta surgunt [illegible] et greges compulerunt [illegible]. Fortunatos [illegible] [illegible] fuissent, nisi [illegible] [illegible] tum illum agrum [illegible]. Sunt igitur [illegible]

XII. Quidam iuvenes Methymnaei opibus pollentes [illegible] vindemiam hilari peregrinatione in alio [illegible] valentes, [illegible] in mare deducta naviculae domesticis remigum vice impositis, Mitylenaeorum agros, qui iuxta mare erant siti, legebant. Est enim ora illa maritima portubus opportuna atque magnificis domiciliis instructa, lavacra frequentia, et horti atque luci; partim opera naturae, partim humanae facta industriae, omnia iuvenilibus voluptatibus apta. Nave igitur appulsa et in statione subducta nihil perpetrabant mali, sed variis sese oblectabant modis; nunc hamis ab arundine suspensis lineo tenui pisces saxatiles de petra in mare prominente captantes, nunc canibus retibusque lepores, qui strepitum in vineis laborantium fugiebant, venantes; interdum etiam aucupio vacantes laqueis positis feros anseres, anates et aves tardas capiebant, ita ut haec oblectatio ipsis mensam quoque non inutiliter instrueret. Si qua re insuper usque haberent, ab iis, qui in agris degebant, accipientes, ultra iustum pretium nummos solvebant. Pane duntaxat, vino atque tecto indigebant; haudquaquam enim periculi expers videbatur, vergente iam autumnali tempestate in mari pernoctare; illique navem ipsam in terram subduxerunt metu nocturnae tempestatis.

XIII. Agrestium porro aliquis restis indigus, [illegible] qua calcatos racemos contunderet, tali in altum [illegible] ante habuerat, [illegible] clam ad navem [illegible] atque [illegible] [illegible] [illegible] ad quod [illegible] usus fuerat. Mane igitur facto Methymnaea iuventus funem

ignara, quid actum esset, magno cum clamore ex somno exsiluit. Cum autem vidisset et hirundinem prope adhuc volantem et Daphnim super hoc metu ridentem, timere destitit et oculos adhuc dormitantes abstersit. Atque cicada in sinu supplicis gratias agentis pro salute parta ipso ei sinu insonuit. Iterum igitur Chloë valde exclamavit, Daphnis vero risit, eaque occasione arrepta in sinum puellae manus immisit, optimamque illam cicadam ne in dextra quidem silentem extraxit. Qua conspecta Chloë admodum delectabatur, apprehensamque deosculata iterum sinu suo excepit garrientem.

XXVII. Tunc ipsos palumbes ex silva pastoralis quid canens oblectavit. Quaerentem autem Chloën, quidnam haec avis caneret, Daphnis edocuit narrans fabulam, quae vulgo iactabatur:
„Erat virgo, ut tu, formosa, quae similiter in flore aetatis
„multas pascebat boves. Eadem utique et perita canendi erat
„impensoque illius modulatione delectabantur boves, adeo ut
„neque pedi ictu neque stimuli inflictu inter pascendum opus
„haberet; sed sub pino sedens pineaque cincta corona Pana
„atque Pinum cantu celebrabat, quo delinitae vaccae ab ipsa
„nunquam discedebant. Adolescens, non procul inde boves
„pascens, et ipse pulcher et musicus, ut haec virgo, cumque
„illa de cantus suavitate contendens, maiorem vocem ut mas,
„dulcem ut puer, contra edidit, et sic octo e vaccis easque
„optimas suam in armentum pellectas abegit. Indigne tulit
„puella hoc sui armenti damnum cantuque succubuisse dolens
„precatur Deos, ut in avem, antequam domum redeat, conver-
„tatur. Annuunt Dii atque avem illam faciunt montanam, ut
„puella est, atque musicam virgini isti similem, quae etiam nunc
„canendo suae facit indicium infortunii, quod scilicet errabundas
„vaccas quaerat."

XXVIII. Eiusmodi oblectamenta illis suppeditavit aestas. Autumno vero adulto et uvis maturescentibus Tyrii praedones, Carico hemiolio sumto, ne barbari esse viderentur, ad agros appulere, et gladiis dimidiatisque thoracibus armati, sive quae in manus inciderant, diripuere vinum odoratum, magnam frumenti copiam, mel, quod alveis continebatur favis. Boves quoque aliquot de Dorconis grege abegerunt, immo et Daphnim iuxta mare errabundum ceperunt. Chloë enim propter puellarem lascivitatem et ferociam pastorum metuens serius Dryantis oves

adduxerunt. Hi cum vidissent iuvenem procerum ac formosum et ipsis rapinis ex agris ablatis praestantiorem, non amplius satagentes capras aut alias in aliis agris rerum illum plorantem et consilii inopem compedita voce Chloen vocantem ad navem abduxerunt. Confestim soluto fune remisque manibus iniectis in altum provehuntur. Interea Chloe iam oves educebat fistulamque novam Daphnidi munus afferebat. At videns capras perturbatas et audiens Daphnim semper magis magisque ipsam inclamantem, neglectis ovibus fistulam proiicit atque ad Dorconem cursu contendit oratura ut suppetias ferat.

XXIX. Ille vero gravibus plagis a latronibus concisus et paullulum adhuc spirans, sanguine multo conspersus, iacebat prostratus. Visa tamen Chloe, et exiguo prioris amoris igniculo excitato, „Mea, Chloe, inquit, ego quidem iamiam moriturus „sum: nefarii enim praedones me pro bobus pugnantem haud „secus ac bovem occiderunt; tu vero et tibi Daphnim serva „et me ulciscere et illos male perde. Assuefeci vaccas meas „fistulae sonum sequi eiusque cantum consectari, etiamsi alicubi procul pascantur. Agedum, accepta hac fistula idem ca„nito carmen quod ego olim Daphnim, te vero Daphnis do„cuit; cetera autem curae erunt fistulae et bobus, quae illic erunt, „succin. Dono vero tibi etiam hanc ipsam fistulam, qua conten„dens multos superavi et bubulcos et caprarios. Tu vero pro „his, cum adhuc vivam, osculare me et cum fato functum lugeto, „et cum aliam boves pascentem videbis, mei meminisse."

XXX. Et Dorco quidem his dictis suavioque postremo dato simul vocem simulque vitam animamque posuit. Chloe, accepta fistula labiisque suis admota, totis viribus annixa cantum inflavit. Boves autem audire et cantum agnoscere mugituque edito uno eodemque impetu in mare desilire. Violento autem saltu in alterum navis latus facto eoque statim in profundo mari dehiscente navis evertitur fluctibusque coeuntibus pereunt. Illi autem excidunt, impari tamen spe salutis; erant enim praedones gladiis accincti atque dimidiatis squameisque thoracibus induti nec non ocreis ad media usque crura calceati essent. Daphnis autem discalceatus, utpote qui in campo tunc pasceret, atque seminudus, utpote cum adhuc aestivi ardores fervescerent. Reliquos igitur, postquam paulisper natarunt, arma in profundum demerserunt. Daphnis contra vestem facile exuebat; in natando tamen

XIX. Tantillum quidem tunc abfuit, uti ne malo infortunio Daphnis mactaretur: at vero finis huic negotio non ita impositus erat; nam Methymnaei magna difficultate domum suam viatores pro nautis et saucii pro luxuriantibus reversi et in concionem civibus advocatis cum suppliciis prodierunt obsecrantes, ne se indignos putarent, quorum causa vindicta susciperetur; ne ullum quidem verbum verum dicentes, ne etiam deridiculo praeterea essent, qui talia tantaque a pastoribus pati sustinuissent, verum Mitylenaeos, quasi qui navem ipsis abstulissent et opes hostium more diripuissent, incusantes. Hi vero facile ob illa vulnera fidem habentes et adolescentibus primariorum apud se familiarum factam iniuriam ulcisci iustum esse arbitrati Mitylenaeis bellum, nec illud per praeconem ullum indictum, decreverunt et praefecto statim mandaverunt, decem in mare deductis navibus maritimam incursionibus infestare oram: non enim tutum erat, imminente hieme, maiorem mari committere classem.

XX. Hic confestim die sequenti cum militibus, qui remigum vice ipsi fungebantur, in altum provectus, Mitylenaeorum agros mari proximos hostiliter invadens multos tum greges tum frumenti acervos ac vinum, paullo ante finita vindemia, et homines quoque, quorum cura et opera circa ista versabatur, non paucos rapuit. Impetum etiam suis navibus faciebat in Chloës et Daphnidis agros egressusque quanta celeritate posset, quaevis obvia agebat, ferebat. Et Daphnis quidem tunc non pascebat capras, sed silvam intraverat frondesque virides stringebat, quas hiberno tempore haedis in pabulum dare posset. Quamobrem de superiore loco hac incursione conspecta sese cavo aridae fagi trunco occultavit. Chloë autem aderat gregibus hostibusque persequentibus ad Nymphas supplex confugiebat orabatque, ut et illis, quos pasceret, gregibus atque sibi propter Deas parcerent. Sed nihil precando profecit; Methymnaei enim non solum conviciis multis et probris Dearum simulacra illuserunt, verum etiam greges ipsos abegerunt et illam ipsam non aliter quam capram aut ovem virgis feriendo prae se egerunt.

XXI. Illi iam naves suas praeda omnigena onustas habentes non ulterius navigare decernebant, sed domum hiemem hostemque timentes dirigebant. Itaque inde solvebant, summa

ope incumbentes remis, cum nullus eos prosequeretur ventus. Daphnis vero, iam tranquillitate oborta, ingressus campum, in quo pecora pascere solebant, cum nec capras vidisset nec oves offendisset neque Chloën invenisset, sed ubique magnam solitudinem et proiectam fistulam, qua se pro more oblectabat Chloë, magno clamore miserabilique ploratu edito nunc quidem cursu contendebat ad fagum, ubi sederat, nunc vero ad mare tanquam illam visurus, nunc ad Nymphas, ad quas, cum abstraheretur, confugerat, ibique in solum se proiecit et Nymphis, quasi prodidissent, incusare occepit.

XXII. „A vestris statuis abstracta est Chloë, idque videre
„sustinuistis! Illa, quae vobis corollas plectebat, illa, quae pri-
„mitias lactis libabat, cuius etiam haecce fistula vobis dicata
„pendet! Nullam quidem lupus mihi capram eripuit, sed hostes
„gregem et illam, quae una pascebat mecum! quin capras ex-
„coriabunt ovesque mactabunt; Chloë autem in urbe in poste-
„rum habitabit! At quibus pedibus patrem et matrem operis
„deserto sine capris, sine Chloë, adibo? Amplius enim, quod
„pascam, non habeo. Hic proiectus mortem aut alterum ho-
„stem expectabo. Num vero tu quoque, Chloë, talia perfers?
„Meministine amplius huiusce campi, harumce Nympharum at-
„que mei? An solatium tibi afferunt oves et capellae tecum in
„captivitatem abductae?

XXIII. Hoc ipsum dicentem prae moerore et lacrimis somnus opprimit profundus et ipsi obveniunt tres illae Nymphae, mulieres procerae et formosae, seminudae discalceataeque, crinibus solutis simulacrisque suis similes. Atque primo quidem quasi miserari Daphnidis vicem sunt visae; deinde natu maxima illarum iacentem erigens ita infit: „Noli nos vituperare, Da-
„phni: nobis quippe magis curae, quam tibi, est Chloë. Nos
„eius etiam infantis misertae fuimus inque hoc antro iacentem
„suscepimus nutriendam. Nihil illi cum campis et ovibus La-
„monis commune. Atque res illius etiam nunc nobis sunt cu-
„rae, ne vel Methymnam deportetur in servitutem vel in par-
„tem hostilis praedae veniat. Atque Pana illum, qui sub hac
„pinu sedem habet, quem vos nunquam adhuc vel flosculo qui-
„dem honorastis, hunc, inquam, oravimus, ut Chloae suppetias
„ferat: magis enim, quam nos, assuevit castris, nec pauca iam
„bella, rure relicto, gessit, et abit Methymnaeis sat metuendus

„hostis. Noli laborare; quin surge et videndum te exhibe Lamoni atque Myrtalae, qui et ipsi humi prostrati iacent te quoque partem rati huiusce rapinae factum. Etenim Chloë postera die tibi una cum capris ovibusque redibit, atque una pascetis et una fistula canetis: ceterae res vestrae curae erunt „Amori."

XXIV. Hisce visis atque auditis Daphnis e somno exsiliens, prae laetitia ac moerore obortis lacrimis, Nympharum simulacra adorat vovens, sospite Chloë, optimam ex capris sese mactaturum. Et procurrens ad pinum, ubi Panis simulacrum positum erat, cruribus hircinis, cornigerum, altera manu fistulam, altera hircum salientem tenens, illum venerabatur votaque pro salute Chloës suscipiebat et se hircum immolaturum sancte promittebat. Et vix tandem circa solis occasum flendi ac precandi finem faciens, sublatis, quas absciderat, frondibus, ad villam rediit, Lamonem moerore liberavit, gaudio replevit; et statim cibo sumto in somnum delapsus est, nec illum quidem sine fletu, sed iterum preces faciens, ut Nymphas in somno videat ociusque illucescat dies, qua illae Chloës reditum promiserant. Omnium noctium illa ei visa fuit longissima. In illa autem haec acta fuere.

XXV. Praefectus Methymnaeorum, in altum decem circiter stadia progressus, suos illa incursione defatigatos milites voluit recreare. Nactus igitur promontorium in mare procurrens lunataque exporrectum forma, cuius sinus ipsis portubus tranquilliorem praebebat stationem, hoc in loco naves ancoris stabilitas cum constituisset, ne cui ex terra agrestium quisquam negotium facesseret, Methymnaeis velut in pace securam indulsit oblectationem. Qui cum ex rapina omnium affluerent copia, potabant, ludebant, victorialia quasi celebrabant. Sed desinente modo die et hilaritate in noctem protracta visa est repente universa illa terra flammis collucere atque vehemens audiri remorum strepitus, quasi ingens adventaret classis. Clamabat quidam, ut belli dux armis se accingeret; alius alium vocabat videbaturque nonnullus vulneratus: immo erant, qui faciem cadaveris prae se ferrent. Putaras nocturnum videre proelium, hoste nullo praesente.

XXVI. Nocte tali peracta illis illuxit dies nocte longe terribilior. Namque hirci et caprae Daphnidis hederam corymbife-

ram in cornibus gestabant, arietes autem et oves Chloës luporum ululatum edere audiebantur Apparebat et ipsa Chloë pinu redimita caput. Multa quoque et in ipso mari fiebant mira et praeter exspectationem. Ancorae enim, quamvis in altum eas tollere conniterentur, in profundo fixae perstabant remique in mare demissi, ut remigarent milites, confringebantur: delphines salientes ferientesque e mari suis naves caudis compages solvebant. Audiebatur etiam super arduae petrae cacumine, quae sub promontorio iacebat, sonus quidam fistulae, qui tamen audientes non oblectabat, ut fistula, sed terrebat, ut tuba. Quare perculsi ad arma concurrebant atque quos non videbant hostes vocabant; qua de causa noctem redire optabant, veluti eius beneficio inducias nacturi. Omnibus quidem, quibus mens non erat laeva, constabat, a Pane haec esse terriculamenta auditionesque hisce succensente nautis: causam tamen haudquaquam coniicere poterant, cum nullum Panis templum direptum esset, donec circa meridiem belli praefecto non sine numine in somnum effuso ipsemet Pan talia dicere visus fuit:

XXVII. „O omnium sceleratissimi atque sacerrimi mortalium, quaenam causa vos impulit tanta facinora furibunda mente patrare? Agrum hunc mihi carum ausi estis bello infestare! Boum armenta et caprarum greges, qui mihi sunt curae, abegistis! Ab aris meis virginem abstraxistis, de qua Amor vult fabulam facere! Quin neque Nymphas adspicientes nec me Pana reveriti estis! Quapropter neque cum eiusmodi navigantes spoliis Methymnam unquam videbitis neque hanc fistulam, quae vestros animos ita perculsit, effugietis, sed vos undis obrutos dabo piscibus escam, nisi quam celerrime his Nymphis Chloën et insuper hos greges Chloës et capras et oves reddideris. Surgito proinde et e navi puellam cum his, quae dixi, educito. Tui tibi cursus ducem illi viae me praebebo.“

XXVIII. Hisce omnibus consternatus Bryaxis (illud enim nomen duci erat) exsilit et navium ductoribus convocatis inter captivos quam citissime quaeri Chloën iussit, qui illico eam invenerunt et in eius conspectum adduxerunt: sedebat enim pinu coronata. Ille vero hoc ipsum pro indicio et argumento habens eius, quod in somnis viderat, illam ad terram in ipsa praetoria vehit navi. Vix illa e mari in terram descenderat, cum fistulae

sonus iterum de petra exaudiri coepit, non ille tamen, ut antea, bellicus et formidolosus, sed pastoralis et qualis ad pastum ducere solet pecora; ovesque per scalam navis decurrerunt, nec ulli, eo quod cornipedes essent, labi contigit; capellae tamen longe audacius, quippe quae etiam per praerupta rupium scandere non insolentes essent.

XXIX. Atque totus iste grex undique Chloën circumstabat et tanquam chorus tripudiabat balabatque et laetitiam atque hilaritatem prae se ferebat. Aliorum autem pastorum caprae atque oves et armenta ne pedem quidem movebant, sed in navis carina manebant, tanquam ipsa cantu illo non vocante. Cum itaque admiratione omnes tenerentur Panaque celebrarent, conspecta sunt in utroque elemento prioribus mirabiliora. Methymnaeis nimirum, priusquam revellebant ancoras, naves currebant et navem praetoriam delphin e mari prosiliens praeibat; suavissimus fistulae sonus capras ovesque ducebat, nemine fistula canentem vidente. Oves ergo et capellae simul procedebant et pabulabantur suaviter huiusce cantus modulamine delinitae.

XXX. Alterius pastionis tempus erat, cum Daphnis, ab edita quadam specula prospectis gregibus atque Chloë, valide exclamans, „O Nymphae, o Pan!“ decurrit in campum et in Chloës amplexus ruens animo deficiens collabitur. Ille autem aegre, Chloë basiante suoque eum amplexu fovente, tandem reviviscens ad consuetam fagum perrexit sedensque super trunco percontabatur, quomodo tot hostes effugisset. Illa cuncta illi ordine enarravit, videlicet caprarum hederam, ovium ululatum, efflorescentem in ipsius capite pinum, flammam in terra, strepitum in mari, geminos fistulae modos, bellicum nempe atque pacificum, noctem illam horrendam, quomodo sibi itineris ignarae viam monstrasset cantus ille. Agnovit ergo Daphnis Nympharum somnia et opera Panis exposuitque vicissim et ipse, quae vidisset, quae audivisset, quod mori volens Nymphis vitam deberet. Post Chloën dimisit, ut Dryantem et Lamonem, eaque, quibus opus esset ad sacrificium recte peragendum, adduceret; ipse interea optimam e capris correptam hederaque coronatam, quales hostibus ante visae fuerant, et lacte super cornua fuso, Nymphis mactavit, suspensam excoriavit pellemque dicavit.

XXXI. Iam praesente Chloë atque eius comitatu focum accendit Daphnis et parte carnium elixata, parte assata, Nymphis obtulit primitias et pateram musto plenam libavit. Mox toris e fronde substratis, deinde totus in cibo, in potu, in lusu erat simulque greges servabat, ne lupus irruens hostilia perpetraret. Quasdam quoque cantilenas in Nympharum honorem cecinerunt, veterum pastorum carmina. Postquam nox advenit, ibidem in agro pernoctarunt et die sequenti Panis meminerunt: sed etiam ex hircis ipsum gregis ducem pinea redimitum corona ad pinum adduxerunt libatoque desuper vino, bona verba Deo dicentes, mactarunt, suspenderunt, pellem detraxerunt; carnes vero tam assatas quam elixatas frondibus impositas in prato apposuerunt. Pellem una cum cornibus pinui iuxta Panis statuam affixerunt pastorale donum pastorali Deo. Primitias quoque carnium obtulerunt et cratere capaciore libationem peregerunt. Voce Chloë, fistula cecinit Daphnis.

XXXII. Hisce curatis recubuerunt et cibo indulserunt. Ibi forte fortuna ipsis supervenit Philetas bubulcus nonnullas Pani afferens corollas atque uvas adhuc in pampinis et palmitibus haerentes. Eum filiorum natu minimus Tityrus comitabatur, crinibus ardentibus puellus et caesiis oculis, candidus et lasciviens, qui saltu levi veluti haedulus gressus faciebat. Exsilientes igitur omnes simul Pani corollas imponebant palmitesque in fronde pini suspendebant atque prope se recumbere Philetam iubentes compotabant. Tum vero, ut facere amant senes, qui uvidi subbiberunt, varios inter se sermones miscebant: videlicet, quomodo iuvenes pecus pavissent, quot latronum invasiones evasissent: quidam se lupum interfecisse gloriabatur: alius se canendo soli dumtaxat Pani secundum esse; quae erat Philetae gloriatio.

XXXIII. Daphnis autem et Chloë nullas non preces adhibebant, ut et cum ipsis communicare artem istam vellet fistulaque canere in illius Dei festo, cui fistula esset in deliciis. Promittit Philetas, tametsi senectam uti iam inflando non aptam causatus, fistulamque accipit Daphnidis. Sed ea erat exigua nimis pro arte magna, quippe quae ore pueri inflari soleret. Misit igitur Tityrum, ut suam fistulam afferret, casa inde distante stadiis decem. Is abiecta penula, nudus, instar hinnuli currere gestiit. Lamon autem pollicitus est ipsis, se fabulam de Sy-

ringe enarraturum, quam ipsi Siculus pastor mercede, hirco et fistula, cecinerat.

XXXIV. „Haec fistula, inquit, olim non erat organum, „sed virgo forma eleganti et voce concinna. Capras pascebat, „cum Nymphis colludebat, canebat sicuti nunc. Pan ad illam „pascentem, ludentem, canentem accedens pellicere conatus est „ad id, quod cupiebat, promittens se facturum, ut omnes ca- „prae geminos partu ederent foetus. At illa amorem ipsius ir- „ridebat et amasium recipere se negabat, qui neque hircus ne- „que homo integer esset. Pan cum impetu sectari incipit vim „illaturus: Syrinx et Pana et vim fugiebat. Fugiendo defessa „inter arundines se abscondit, in paludem immersa evanescit. „Pan, arundinibus prae ira succisis, puella non reperta, hocce „casu animadverso, organum hoc excogitat, dispares calamos „cera coniungens, ad testandum disparem fuisse amorem. Sic „illa tunc temporis formosa virgo nunc est fistula canora."

XXXV. Commodum desierat a fabulosa narratione Lamon eumque collaudabat Philetas, qui fabulam omni cantu suaviorem recitasset, cum affuit Tityrus fistulam patri afferens, ingens organum et ex ingentibus compactum calamis, quodque, ubi coaptatum aere, varie distinctum erat. Coniectasses, illam esse eam fistulam, quam Pan primum compegisset. Postquam igitur Philetas surrexit et posuit se in sella corpore erecto, primum quidem calamorum periculum fecit, an inspiranti dulciter sonarent; tum sentiens spiritum sine impedimento permeare exinde alte et iuveniliter inflavit: ita ut aliquis se tibiarum concentum audire putasset; tantum edebat sonum. Paullatim vero vehementiam istam remittendo in iucundiorem sonum convertit modulationem omnemque artem musicam, qua pascentia regi et duci possent armenta et pecora, ambitiose explicans et ostentans fistula canebat, quatenus armento quadraret boum, quatenus caprarum gregi conveniret, quale ovibus esset gratum. Suavis erat ovium cantus, boum vehemens, acutus capellarum: in summa omnes fistulas una exprimebat fistula.

XXXVI. Ceteri igitur taciti iacebant ista modulatione deliniti. At Dryas surgens canique iubens cantilenam Bacchicam, torculariam saltationem ipsis saltare coepit, nunc referens vindemiantem, modo cophinos ferentem, deinde uvas calcantem, tum dolia implentem, denique bibentem mustum. Quae omnia

ita apte et perspicue exhibuit Dryas, ut sibi videre viderentur et vites et prelum et dolia et re ipsa bibentem Dryantem.

XXXVII. Hic ergo tertius senex cum magnam saltando assecutus esset laudem, Chloën atque Daphnim est deosculatus, qui statim surgentes fabulam Lamonis saltant. Daphnis agebat Pana, Chloë Syringa. Ille suadere conando supplicabat, haec fastidiendo eum deridebat. Ille bisulcas imitatus ungulas summis pedum unguibus insistens currebat, Chloë contra in silvam quasi in paludem subducitur. Daphnis autem, arrepta illa grandi Philetae fistula, flebilem, ut amans, edebat cantum; amatorium, veluti ad amorem illiciens; revocatorium, instar requirentis; ita ut Philetas admiratione perculsus subsiliret eumque oscularetur osculatusque donaret fistula et optaret, ut similiter Daphnis eam pari relinqueret successori. Daphnis autem suam illam parvulam Pani suspendit et osculatus Chloën, tanquam veram post fugam receptam, gregem fistula canendo abigebat.

XXXVIII. Nocte oborta simul e pastu reduxit ovium gregem Chloë suae fistulae cantu cogens: et caprae prope oves ibant et Daphnis prope Chloën incedebat. Quare semet in noctem multis verbis ultro citroque habitis explevere et constituerunt sequenti die maturius educere greges: atque ita fecerunt. Illucescente enim die statim in pascua venerunt, et postquam Nymphas primum, deinde Pana salutarant, hinc sub quercu sedentes fistula ludere coeperunt; exinde suavia mutuo dabant et accipiebant: ibant in amplexus alter alterius simulque decumbebant et nihil ultra perpetrantes iterum surgebant. Nec cibi incuriosi fuerunt; potusque illis vinum lacte mixtum.

XXXIX. Quibus omnibus calidiores audacioresque redditi inter se concertationem instituerunt amatoriam et paullo post ad fidem iuramento stabiliendam processerunt. Ad pinum progressus Daphnis per Pana iuravit, se absque Chloë solum in vita non mansurum ne unum quidem diem: Chloë autem antrum ingressa Daphnidi per Nymphas adiurat, eandem habituram se et mortem et vitam. Ea tamen Chloae, utpote puellae, erat simplicitas, ut antro egressa denuo sibi ab illo iusiurandum putaret accipiendum: „Daphni, dicens, Pan est deus in „amores propensus et infidus. Amavit enim Pinum, amavit et„iam Syringa. Nunquam desinit molestus esse Dryadibus et

„Epimelidibus Nymphis negotium facessere. Ille igitur, etiamsi „non steteris sacramento, quo per eum te obstrinxeris, non cu„rabit de te sumere poenas, quamvis ad tot feminas, quot sunt „in fistula calami, accesseris. Tu autem mihi per caprarum „hunc gregem perque capram illam, quae te educavit, iurato, „te nunquam deserturum Chloën, dum tibi fida manserit: erga „te autem et Nymphas iniustam fugito, odio insectator, quin „occidito ut lupum." Laetabatur sibi derogata fide Daphnis; et in medio caprarum grege stans et altera manu capram, altera hircum prehendens iuravit, se Chloën amantem amaturum; quod si alium Daphnidi praeferret, pro illa ipsum esse se occisurum. Gaudebat fidemque adhibebat Chloë, utpote puella et puella, quae oves pasceret quaeque capras et oves opilionum et caprariorum proprios esse Deos crederet.

LIBER TERTIUS

I. Mytilenaei vero ut hostilem illarum decem navium appulsum resciverunt atque ipsis nonnulli, qui ex agris veniebant, populationem istam indicaverunt, indignum rati a Methymnaeis ista pati quanta fieri posset celeritate maxima adversus illos arma movere decreverunt. Et conscriptis tribus clypeatorum millibus, equitibus quingentis, miserunt terra suum imperatorem Hippasum, tempore hiberno maris fidem tentare non ausi.

II. Hic igitur expeditione suscepta agros Methymnaeorum haudquaquam depopulabatur nec greges aut bona diripiebat agricolarum atque pastorum, ratus scilicet, id potius latronis quam ducis esse: sed illico ad civitatem ipsam festinabat veluti portas minus custoditas invasurus. Verum illi, cum centum circiter stadia abesset ab urbe, inducias offerens occurrit praeco. Postquam enim Methymnaei edocti fuere a captivis, insciis omnino Mytilenaeis haec omnia accidisse agricolasque et pastores in adolescentes contumeliosos istorum facinorum auctores fuisse, statim eos poenituit facti praecipitanter magis vel atrociter, quam prudenter, contra vicinam urbem suscepti. Id autem praestare summa cum cura festinabant, ut, universa restituta rapina, tuto tam mari quam terra commercia exercerentur. Caduceatorem itaque istum ad Mytilenaeos Hippasus mittit, quamquam imperator belli summus creatus pro arbitrio statuendi potestatem habuit. Ipse a Methymna ad decem stadia castra metatus mandata ab urbe sua praestolabatur. Biduo interiecto nuntius adveniens illum praedam recipere et nulla illis iniuria illata domum redire iussit; nam cum illorum esset arbitrii pacem eligere aut bellum, pacem utiliorem esse inveniebant.

III. Illud igitur Methymnaeos inter et Mytilenaeos bellum, insperato tam initio quam fine accepto, sic fuit compositum. Verum hiems Daphnidi atque Chloae ipso bello longe acerbior oritur. Quippe nix densa repente circum lapsa omnes interclusit vias agricolasque omnes casis inclusit. Rapidi torrentes pleno fluminae decurrebant glaciesque concreverat. Arbores quasi putatae videbantur, terra universa cooperta nusquam apparebat nisi circa scatebras et fluvios. Nemo itaque gregem pabulatum educebat vel ipse prodibat foras, sed luculentis focis accensis tempore gallorum cantus alii lina versabant, alii caprinos contexebant pilos, alii tendiculas avibus capiendis artificiose construebant. Tunc boves curabant in praesepibus palea, capras ovesque in caulis fronde, porcos in haris ilignels quernelsque glandibus.

IV. Itaque cum omnes necessario domi detinerentur, ceteri agricolae atque pastores agebant hilares, utpote qui a laboribus paullum liberati essent cibumque matutinum sumerent longumque dormirent somnum; ita ut ipsis hiems aestate, autumno, immo ipso vere iucundior videretur: at Chloë Daphnisque in memoriam intermissarum voluptatum revocati, ut osculati se fuissent, ut in mutuos se dedissent complexus, ut communi usi fuissent esca, iam noctes transigebant insomnes atque moesti nihilque tam avide exspectabant quam vernum tempus, quo quasi ex morte renatio ipsis esset futura. Dolor praeterea ipsis oboriebatur, quando vel pera quaedam in manus eorum venit, ex qua cibum antea promserant, vel mulctrum, unde prius simul potaverant, vel fistula neglectim proiecta, quae donum erat amatorium. Nymphas igitur et Pana precabantur, ut se hisce expedirent malis, sibi gregibusque solem tandem exhiberent, et una precando quaerebant sibi viam, qua se mutuo viderent. Chloë autem admodum animi dubia consiliique plane erat inops; namque illi ea, quae habebatur mater, semper assidebat lanam carminare docens et torquere fusum, nonnunquam etiam ineundi coniugii mentionem iniiciens: Daphnis vero, utpote otium agens et puella sollertior, huiuscemodi artem videndae Chloes excogitavit

V. Ante casam Dryantis et quidem sub ipsa casa myrti procerae duae et hedera erant. Myrti iuxta se vicinae stabant, hedera vero in med o utriusque erat, quae ad utramque suos

diffundens ramos, haud secus ac vitis formam antri foliis alternantibus praebebat; plurimus magnitudineque racemo par corymbus e palmitibus pendebat. Hinc iuxta hanc ingens avium hibernarum multitudo inopia victus compulsa, quem foris non inveniebat. Frequentes erant merulae, frequentes turdi, palumbes atque sturni et quaecunque hederam depasci amant volucres.

Praetextu illius aucupii profectus est Daphnis pera obsoniis mellitis repleta et ad fidem faciendam viscum et laqueos secum portans. Loci quidem intercapedo neu excedebat stadia decem; at vero nix nondum resoluta plurimum illi negotii facessebat: verum amori cuncta, ignis, aqua, immo nix ipsa Scythica sunt pervia.

VI. Cursitando igitur ad casam pervenit niveque cruribus decussa laqueos collocavit viscumque virgis longis illevit; dehinc consedit de avibus et de Chloë sollicitus. Ceterum volucres quidem et advolarunt complures et capta fuit ipsarum satis magna copia; ita ut mille modis occupatus esset Daphnis eas colligendo, necando, plumis nudando: extra tamen villam nemo prodibat nec mas nec femina, ne gallina quidem villaris, sed omnes ad ignem sedentes intus erant conclusi: ita ut animi pendens, quo se verteret, Daphnis nesciret, veluti malis progressus avibus: et audebat sane, modo commentitus fuisset speciosam quandam rationem, foribus sese inferre atque intrudere: ideoque secum deliberabat, quid bene dici posset, quod a verisimilitudine minus abhorreret. „Ignem accendere volebam. Scili„cet intra stadii spatium vicinos non habebas? — Panes petitu„rus accessi. Sed pera tibi plena cibi. — Vino opus habeo. At„qui heri et nudius tertius vindemiasti. — Lupus me perseque„batur. Et ubinam lupi vestigium? — Ad aves capiendas ve„niebam. Postquam cepisti, cur non abis? — Chloën videre „cupio. At vero patri et matri virginis quis hoc fateatur?... Ve„rum enimvero nihil ex his omnibus caret suspicione. Melius „itaque tacere. Chloën autem tempore verno videbo, quando„quidem fata, ut videtur, hieme hanc me cernere vetant.“ His atque id genus aliis mente agitatis, omnibus autem offensus, quas ceperat aves tacite colligebat et abitum moliebatur. At, velut ipsius vicem Cupido miseraretur, haec accidunt.

VII. Dryas cum suis mensae accumbebat. Carnes distribuebantur, apponebantur panes, miscebatur crater. Interea ca-

nis unus ex pecuariis observata dominorum incuria raptoque carnis frustulo proripuit se foras ex aedibus. Aegre hoc ferens Dryas, ipsius enim erat portio, arrepto baculo illum persequebatur per vestigia veluti canis, et cum persequendo iam ad hederam illam venisset, videt Daphnim suis sibi humeris captas aves imponentem et citato gradu abire se parantem. Et statim carnis et canis cura omni abiecta alte exclamavit: „Salve, puer!“ et amplexus eum osculo dato, manu prehensum intro secum abduxit. Paullum certe tum abfuit, quin se mutuo conspicientes Daphnis et Chloë in terram collaberentur, obdurantes tamen erecti perstare salutaverunt se et osculo exceperunt, idque fulcri instar ipsis, ne caderent, fuit.

VIII. Daphnis praeter spem et osculo potitus et Chloë prope ignem assedit et in mensa ab humeris palumbas cum merulis deposuit referens, quo pacto pertaesus continenter desidere domi venatum proruperit et quomodo nonnullas harum laqueis, alias visco, myrtos atque hederam appetentes, ceperit. Illi contra sedulitatem collaudabant eumque ad edendum invitabant, quae reliqua canis fecerat, Chloae vero, ut potum infunderet, mandabant. Tum ipsa hilari facie aliis porrexit, Daphnidi autem ultimo loco post ceteros. Simulabat enim se illi esse subiratam, quod istuc veniens se non conspicatus domum reverti voluisset; attamen priusquam offerret, praelibans inde bibit eique sic dedit. Ille, quantumvis sitiens, tarde bibebat, hac mora longiorem voluptatem percipiens.

IX. Mensa subito panibus carnibusque vacua reddita qui assidebant, super Myrtale et Lamone rogitabant et beatos eos praedicabant, qui talem senectutis suae altorem nacti essent. Et Daphnidi sane ita laudari, audiente Chloë, erat periucundum. Cumque illum praeterea detinerent, quod postridie sacra facturi Baccho essent, non multum abfuit, quin prae voluptate illos pro Baccho ipse adorasset. Ideoque confestim ex pera sua liba mellita multa depromsit et captas aves, easque in coenam mensamque nocturnam apparaverunt. Secundus crater statuebatur alterque ignis denuo accendebatur; iamque nocte quam celerrime oborta, secundis explebantur ferculis, a quibus partim enarrando fabulas, partim canendo, cubitum secedebant, Chloë cum matre, Dryas una cum Daphnide. Atqui nihil inde utilitatis ad Chloën redibat nisi quod crastino die iterum Daphnim posset conspicere:

inani gaudio sese pascebat Daphnis; suave enim ducebat vel cum Chloës parente una cubare; ita ut eum quoque amplexaretur et saepe oscularetur, omnia nempe haec cum Chloë agere se somnians.

X. Ut illuxit dies, frigus erat acerrimum et vis Boreae adurebat omnia. Illi autem surgentes Baccho arietem mactant anniculum et magno igne accenso cibum apparant. Nape autem panem conficiente et Dryante arietem elixante, otium Daphnis atque Chloë nacti extra villam prodierunt, ubi erat hedera; iterumque pedicis positis et virgis visco illitis vim haud spernendam avium ceperunt. Continuo interim mutuis fruebantur osculis iucundosque sermones serebant. „Propter te veni, Chloë.“ „Scio, „Daphni.“ — „Tua causa misellas interimo merulas.“ „Quo igitur „animo vis me esse in te?“ „Sis memor mei.“ „Tui memini, ita me „ament Nymphae, per quas aliquando antro in illo iuravi, ad „quod, simulac nix resoluta fuerit, veniemus.“ — „Verum alte „cumulata iacet, Chloë; et metuo, ne ipsemet ante illam lique„scam.“ „Esto bono animo, Daphni: sol enim fervet.“ — „Uti„nam ita, mea Chloë, ferveat, quemadmodum flamma illa, meum „quae adurit cor!“ „Iocos agis, et me decipis.“ — „Non equi„dem, non per capras, per quas tu me iubebas iurare.“

XI. Cum Chloë his verbis vicissim Daphnidi respondisset velut echo, ipsos vocavit Nape; et celeriter intrarunt, praeda longe uberiori, quam hesterna fuerat, reportata. Tum vero Baccho primitiis de vino libatis epulabantur capita redimiti hedera. Utque tempus fuit, Bacche et Evoë clamato, Daphnim dimiserunt eius pera carnibus et panibus prius repleta. Dederunt etiam illi palumbes ac turdos Lamoni et Myrtalae afferendos, tanquam ipsi alios capturi, dum quidem hiems maneret nec hedera deficeret. Daphnis itaque abiit osculatus ceteros prius quam Chloën, quo huius suavium purum illibatumque sibi servaretur. Etiam alias saepe ad eos profectus est alias atque alias rationes excogitando, ita ut iis non omnino invenusta hiems effluxerit.

XII. Ineunte iam vere, cum nix resoluta terraque detecta esset et herbae virescerent, pastores ceteri greges in pascua educebant et ante ceteros Chloë et Daphnis, utpote longe potentiori servientes pastori. Illico igitur cursus ad Nymphas et antrum dirigitur, illinc ad Pana et pinum, deinde ad quercum,

sub qua sedentes et greges pascebant et sese invicem osculabantur. Conquisiverunt et flores coronis ornare Deos volentes. Hos autem vix Zephyrus miti aura alendo solque suo calore fovendo educere incipiebant: tamen iam ab illis inventae sunt violae, narcissus et anagallis et ceterae veris primitiae. Chloë quoque et Daphnis caprarum oviumque lac ceperunt idque, coronando simulacra, Diis libavere. Quin etiam fistulae primitias solverunt, tanquam luscinias ad cantum provocantes, quae ex fruticetis et virgultis resonabant Itynque paullatim accurate exprimebant, veluti post longum silentium cantum memoria repetentes.

XIII. Grex balabat et saltu lasciviebant agni et matribus sese substernentes mammam premebant. Eas autem, quae nondum pepererant, arietes persequentes alius aliam suppositam inibat. Hirci etiam sectabantur capras inque illas lasciviores faciebant saltus deque capellis pugnabant et unusquisque suas habebat et sollicite curabat, ne quis moechus clam eas adoriretur. Huiusmodi spectacula videntes vel ipsi senes ad venerem irritabantur; illi vero et iuvenes et praeterea prurientes, atque in aetatis fervore constituti quique iam pridem amatorias appetebant voluptates, hisce auditis inflammabantur, hisce visis intabescebant et ipsi aliquid requirebant, quod osculo amplexuque praestantius foret: tum praecipue Daphnis, quippe qui per hiemem domi commorando et nihil agendo adolevisset, iam ad oscula impatientius ferebatur et ad complexus lascivius gestiebat eratque in omni re venerea plus solito curiosior et audacior.

XIV. Petebat sane a Chloë, ut in omnibus, quae vellet, sibi morem gereret suique copiam ipsi faceret nudaque cum nudo longius quam antea consueverant, concumberet: illud dicens adhuc desiderari praeter ea, quae praeceperat Philetas, tanquam unicum sedando amori remedium. Chloae sciscitanti, quid amplius esset osculo, amplexu et concubitu ipso quidve statuisset patrare nudus nudae incumbendo: „Illud“, inquit, „quod „arietes ovibus, quod hirci capris faciunt. Vides, ut hoc opere „peracto nec hae postea illos refugiant nec illi has insectando „se postea fatigent, sed communi deinceps veluti fruantur vo-„luptate atque una pascantur. Dulce quid, ut videtur, hoc „opus habet atque amoris vincit amaritudinem.“ — „Quid? an

„non vides, Daphni, capras et hircos et arietes et oves, quem-„admodum recti illi faciant et rectae contra istae patiantur, „alteri nempe insilientes, alterae vero dorso impositos admit-„tentes? Tu tamen a me petis, ut una recumbam idque nuda? „Atqui illae me, licet vestibus amicta, quanto sunt hirsutio-„res?“ Paret Daphnis et concumbens cum ea diu iacuit; nesciusque quidquam eorum agere, quorum gratia tanto libidinis impetu concitabatur, illam erigit et a tergo, hircos imitando, illi adhaesit. At multo magis animi pendens ploravit sedens, quod arietibus rudior rerum amatoriarum esset.

XV. Erat autem ipsi vicinus quidam, proprii agri cultor, nomine Chromis, aetatis iam ad senectutem vergentis. Hic uxorem ex oppido duxerat iuvenculam et formosam atque feminis rusticis venustiorem, cui nomen Lycaenium. Haec quotidie Daphnim conspicata mane ad pascua capras suas, noctu e pascuis abigentem, donis illum inescando sibi conciliare amatorem concupivit. Aliquando soli insidiata fistulam ipsi, mel in favis peramque e pelle cervina donavit. Quidquam tamen eloqui verebatur, cum Daphnidis erga Chloën amorem facile coniectaret; ipsum enim totum puellae addictum videbat, quod antea quidem ex nutibus et risu poterat intelligere; tunc temporis vero mane apud Chromin fingens se ad vicinam ire puerperam a tergo illos est insecuta et in frutetum quoddam densum irrependo sese abdidit, ne conspici posset, sicque omnia, quae dixerunt, audivit, omnia, quae patrarunt, vidit; ne flens quidem Daphnis illam latuit. Quare vicem horumce miserorum dolens rataque, geminam sibi oblatam occasionem cum salutis ipsorum inveniendae tum suae libidinis explendae, tale quid comminiscitur.

XVI. Postridie eius diei fingens, quasi ad mulierem parturientem iret, ad quercum aperte, ubi Chloë atque Daphnis sedebant, accedit accurateque animi consternationem prae se ferens: „Serva me“, inquit, „Daphni, miseram: etenim ex anseri-„bus mihi, qui numero viginti erant, unum eumque optimum „eripuit aquila, quem tamen magno scilicet onere pressa non „potuit alte evolando in solitam illam excelsam petram depor-„tare, sed in hancce humilem silvam cum eo decidit. Tu ita-„que, per Nymphas et Pana illum oro, hanc ingressus in sil-„vam, sola enim intrare non ausim, meum mihi serva anserem,

„neve sinas anserum meorum numerum sic imminui. Fortasse „etiam aquilam hanc ipsam interimes, neque amplius tam mul„tos vobis agnos haedosque rapiet. Ad custodiam gregis in„terea relinquetur Chloë: omnino illam capellae norunt ut per„petuam tibi in pascendo sociam."

XVII. Daphnis nihil futurorum suspicatus surgit e vestigio et sumto pede Lycaenium pone sequitur, quae illum quam longissime a Chloë abducebat. Cumque iam, qua silva erat densissima, venissent, iusso illo sedere iuxta fontem. „Amas", inquit, „Daphni, Chloën, idque hac nocte ex Nymphis rescivi. „Hae mihi in somniis hesternas tuas lacrimas exposuerunt at„que mandarunt, ut te res amatorias edocendo servarem. Haec „autem non sunt suavia et amplexus et qualia faciunt arietes „hircique, sed saltus hi longe illis dulciores; habent enim lon„gioris temporis voluptatem. Quod si tibi collibitum fuerit „hisce liberari malis et experimentum capere voluptatis ac sua„vitatis diu vobis quaesitae, age, temet mihi iucundum praebe „discipulum; ego te in harumce Nympharum gratiam infor„mabo."

XVIII. Prae voluptate amplius sibi non temperavit Daphnis, sed, utpote rusticus caprariusque, amans et adolescens, ad genua provolutus supplex oravit Lycaenium, ut quam primum hanc se doceret artem, cuius beneficio, quod vellet, faceret Chloae; et veluti magnam vereque coelo demissam rem accepturus esset, et haedum se illi largiturum et caseos teneros e primo lacte factos, vel ipsam quoque capram pollicitus est. Quare Lycaenium ubi advertit tantam caprarii liberalitatem, quantam non exspectasset, coepit Daphnim ad istum modum instituere. Iussit illum, ut esset, iuxta se sedere, nec non oscula figere, qualia et quot consueverat, simul inter basiandum ruere in amplexus seseque humi reclinare. Ut ergo sedit et basiavit atque reclinato corpore iacuit, ipsa iam edocta eum ad patrandum non solum fortem esse, verum etiam libidine turgere, ab reclinatione in latus facta ipsum erexit seseque tum perite substernens illum ad viam diu quaesitam direxit; deinde nihil praeterea fecit, ipsa natura, quod porro agendum restabat, docente.

XIX. Peracta tandem hacce amatoria informatione Daphnis, qui pastoralem adhuc habebat mentem, statim ad Chloën

cursum instituit et quaecunque didicerat statim exsequi parat, tanquam veritus, ne, si paulisper moratus esset, illud ipsum oblivioni traderet. Verum Lycaenium ipsum inhibuit, sic locuta: „Insuper ista quoque te discere oportet, Daphni. Ego, „quae sum mulier, nihil nunc passa fui insolens; olim enim me „haec vir alius docuit, pro mercede virginitate mea accepta. „Chloë autem ubi tecum in hac palaestra colluctata fuerit, plo„rabit eiulabitque; immo iacebit haud secus ac vulnerata multo „manans sanguine. Verum non est, quod cruorem timeas; sed „quando illi persuaseris, ut tibi morem gerat, tunc tu illam in „hunc adducito locum, ubi, si forte clamaverit, nemo audiat, si „lacrimaverit, nemo videat, si cruore foedata fuerit, fonte se „abluat; nec unquam oblivioni trado, quod ego te virum ante, „quam Chloë, fecerim."

XX. Hisce igitur Lycaenium praeceptis traditis ad alteram silvae partem secessit, veluti suum etiamnum anserem quaesitura; Daphnidi autem dicta illa mente agitanti prior ille impetus deferbuerat, verebaturque ullum Chloae facessere negotium ultra osculum amplexumque, cavens, ne vel illa veluti hoste conspecto clamaret, vel tanquam dolore affecta fleret, vel sanguine foedaretur tanquam contrucidata. Modo enim edoctus a sanguine abhorrebat sanguinemque de solo vulnere sequi opinabatur. Itaque cum constituisset se cum illa consueto modo oblectare, silva excessit; atque progressus ad locum, ubi sedebat corollam ex violis contexens, anserem illum aquilae ex unguibus a se extortum mentitus est illique circumfusus basiavit, uti Lycaenium in illo suavi ludo; illud enim, utpote extra periculi aleam positum, licebat. Illa vero capiti eius sertum aptavit comamque, utpote violis longe praestantiorem, osculata est; et e pera caricanae massae portionem et panes aliquot depromtos porrexit esum atque vescentis ab ore illa rapiens instar aviculae pulli edebat.

XXI. Dum edunt ipsi crebriusque oscula ingerunt quam escam, navis quaedam piscatoria, quae oram legebat, visa est. Nullus erat ventus et malacia altaque erat maris tranquillitas. Remigare igitur visum remisque valide incumbentes festinabant recens captos pisces cuidam ex opulentis civibus in urbem vivos afferre. Quod igitur facere amant nautae ad laborem fallendum, hoc idem illi egerunt, dum remos attollebant: unus inter

eos hortator nauticos faciebat modos, reliqui, sicuti chorus, una voce conclamantes per certa intervalla ipsius vocem excipiebant. Quamdiu in aperto mari haec fiebant, evanescebat clamor, per auras videlicet voce diffusa; at postquam promontorium subierunt inque sinum lunatim flexuosum et concavum ingressi sunt, ibi ut fortior exaudiebatur vox, ita clara in continentem excidebant celeusmatum carmina. Cava enim convallis campo subiecta clamorem illum in se velut organum quoddam recipiebat et omnium, quae proferebantur, aemulam reddebat vocem; separatim videlicet remorum strepitum, separatim etiam clamorem istum nauticum reddebat et erat iucundum auditu. Praevertente a mari sono, ex terra sonus tanto desinebat serius, quanto tardius inceperat.

XXII. Daphnis igitur non ignarus quid ageretur animum ad mare solum advertit, delectatus navigio terram ocius volucre praeterlabente tentavitque conservare ex his cantiunculis quasdam, quas sua deinde caneret fistula. Chloë autem, tum primum illam, quae Echo appellatur, experta, modo mare respiciebat, dum nautae suum celeusma canebant, modo in silvam oculos avertebat, quaerens eos, qui clamore responderent. Cum autem praeternavigassent et tunc in convalle silentium ortum esset, ex Daphnide percontabatur, num a tergo huius promontorii etiam esset mare, sive alia praeterveheretur navis, aliive nautae eadem canerent cunctique simul tacerent. Suaviter igitur Daphnis ridens et suaviori osculo impresso impositaque illi violacea corolla coepit ei fabulam de Echo narrare, stipulatus ab illa pro docendo alia decem basia operae mercedem.

XXIII. „Nympharum, puella, multiplex genus est. Sunt „Meliae, sunt Dryades, sunt etiam palustres, formosae omnes, „omnes canendi peritae. Uni ex hisce filia Echo nascitur, mor-„talis quidem, ut patre nata mortali, formosa vero, ut ex matre „itidem formosa. Educatur a Nymphis, docetur a Musis fi-„stula canere, tibiam inflare, pulsare lyram, cithara personare, „denique omnem musicen. Et inde postquam adolevit et ad aeta-„tis florem pervenit, simul cum Nymphis choreas ducebat, si-„mul cum Musis concinebat; virginitatis amans mares fugiebat „omnes, tam homines quam deos. Pan huic puellae succen-„sens et hanc canendi peritiam invidens et illius formae repul-„sam passus furorem opilionibus caprariisque immittit: hi vero

„non aliter, quam canes aut lupi, illam discerpunt, et iactant „quoquo terrarum cantabunda adhuc membra. Verum ea cuncta „Terra in gratiam Nympharum ita condidit, ut canendi vim ser„varent et Musarum decreto vocem emitterent atque nihil non „imitarentur, quemadmodum tunc puella, deos, homines, organa, „bestias, etiam ipsum Pana, si quando fistula canit. Quo audito „ille subsilit et per montes insectari incipit, nihil aliud expetens, „nisi ut intelligat, quisnam clandestinus ille sit discipulus." Ubi Daphnis haec ita enarravit, non decem modo oscula, sed innumera a Chloë retulit; eadem enim fere sonuit Echo, suo veluti testimonio confirmans illum nihil fuisse mentitum.

XXIV. Iam in dies sole magis magisque fervente, utpote vere desinente et aestate ineunte, iterum illis oboriuntur novae aestivaeque voluptates. Natabat enim ille in fluviis, abluebat se illa fontibus; ille fistula cum pinis certabat, haec cantu cum lusciniis contendebat. Venabantur locustas garrulas, cicadas capiebant resonantes, flores legebant, fructus arboribus decutiebant, poma comedebant. Iam tandem nudi concubuere atque una caprae pelle instrati iacuere. Et mulier facile Chloë fuisset facta, nisi Daphnim sanguinis e primo coitu effluentis cogitatio terruisset. Certe veritus, ne ratio aliquando sua dimoveretur sede, crebro nudari Chloën non permittebat: id igitur mirabatur Chloë, sed causam eius sciscitari verebatur.

XXV. Ista aestate complures Chloën ambiebant proci et undique frequentes veniebant ad Dryantem, ipsam sibi uxorem petentes, quorum alii donum aliquod afferebant, alii magna promittebant. Itaque Nape, spe incitata, auctor elocandi Chloën fuit, non esse consultum rata tam grandem puellam diutius detinere domi, quae forsan paullo post inter pascendum virginitatem amissura esset et virum aliquem pastorem factura rosis malisque acceptis, sed potius illam matrem familias constituere et multa illa accepta dona proprio genuinoque servare filio: nam non multo ante ipsis puellus erat prognatus masculus. Ac Dryas quidem modo hisce sermonibus deliniebatur; maiora enim, quam pro pastoritia puella, enumerabantur a singulis munera: interdum vero reputans, illam praestantiorem esse, quam quae rusticis illis elocari posset procis, quodque, si quando veros parentes inveniret, ipsos admodum beatos esset redditura, suum differebat responsum nectendoque moras tempus ducebat et in-

terea temporis non pauca inde lucrabatur munera. Illa vero, hoc intellecto magno in moerore degebat idque Daphnim celabat longum per tempus ei aegre facere nolens. Cum vero instaret urgeretque percontando et magis contristari videretur ignarus, quam si gnarus esset, omnia illi aperuit: videlicet quam essent multi et locupletes, qui nuptias ipsius ambirent, quae verba Nape ad nuptias festinans dixisset, quomodo Dryas non abnuisset, sed in vindemiam distulisset.

XXVI. Hisce auditis amens fit Daphnis et sedens collacrimare coepit, mortem oppetere se velle, si privaretur Chloë, affirmans; nec se ipsum solum, sed etiam oves, tali pastore amisso. Deinde cum sese collegisset, animum recipiebat et constituebat hoc Chloës persuadere patri, et inter reliquos procos suum profitebatur nomen sperabatque fore, ut ceteros longe superaret. Unum tantum eum terrebat, quod Lamon scilicet non erat dives: hoc ipsius spes tenues efficiebat. Nihilominus ambire decrevit censuitque ita faciendum Chloë. Porro Lamoni nihil ausus est eloqui: at Myrtalae, fiducia sumta, non solum amorem indicavit, verum etiam de nuptiis sermonem iniecit. Haec cum Lamone noctu rem omnem communicavit. Duriter autem illo hunc sermonem accipiente acriterque illam obiurgante, quod pastorum filiam copulatam vellet puero ingentem fortunam suis pollicenti monumentis, qui ipsos repertis suis parentibus non solummodo liberos, sed etiam agrorum latiorum dominos constiturus esset; Myrtale de amore timens, ne Daphnis, desperatis omnino nuptiis, necem sibi inferret, alias ipsi, cur Lamon contradixisset, causas renuntiavit. „Pauperes sumus, mi „fili; quin potius opus habemus, quae conferat aliqua sponsa: „illi contra opulenti et qui opulentos expetant sponsos. Nunc „persuade Chloae, illa autem patri suo, ne quid magnum petat, „sed ut omnino matrimonio vos iungi sinat. Illa te amat et „mavult cum paupere formoso, quam cum divite simia concumbere."

XXVII. Myrtale nunquam sperans fore, ut Dryas de his consentiret, utpote qui longe divitiores haberet procos, speciosas satis recusationis nuptiarum causas sese allegasse existimabat. Daphnis autem dicta redarguere nequibat; at cum non haberet, quantum postulabatur, quod solemne est amatoribus egestate laborantibus faciebat, plorabat et Nympharum iterum

implorabat auxilium. Hae autem ipsi, cum dormitaret, noctis tempore superveniunt, illa ipsa forma et habitu quo prius. Atque rursus natu maxima verba faciebat: „De nuptiis quidem „Chloës alius Deus curam suscepit; nos autem ea tibi dabimus „munera, quae Dryanta demulcebunt. Navis illa, quae Methymnae„orum iuvenum erat, cuius vimineum funem tunc quondam „capellae corroserunt, eodem illo die longe a terra in altum „provecta est; nocte vero, vento ex alto spirante mareque tur„bante, ad terram in promontorii cautes est eiecta. Ipsamet „igitur periit multaque, quae in ea erant coniecta; at marsu„pium ter mille drachmis plenum, a fluctu excussum eiectum„que iacet alga coopertum prope delphinem mortuum; propter „quem nullus viator accessit putredinis huius foetorem fugiens: „Sed tu accurrito, cumque accesseris, tollito et, cum sustu„leris, dato. Sat tibi nunc est non pauperem videri; tempore „vero tandem eris adeo dives."

XXVIII. Hisce dictis illae simul cum nocte abierunt. Orto autem die prosiliens e lecto Daphnis plenus gaudii, magno cum impetu pastum agebat greges atque osculatus Chloën adoratisque Nymphis ad mare descendit quasi se abluturus. Ibi tum in sabulo, prope litus, quo fluctus allidebantur, inambulabat, illa terna drachmarum millia quaerens. Neque ipsi multus labor impendendus erat: quippe delphin male olens ibi proiectus et putrescens naribus eius incurrit, cuius putredinem quasi viae ducem nactus confestim adest, et fuco marino remoto plenam argenti crumenam invenit. Sustulit hanc et in peram suam condidit; nec tamen prius abiit, quam bona verba dixisset Nymphis et ipsi mari. Quamquam enim caprarius erat, iam tamen mare terra iucundius censebat, quippe quod in nuptiis Chloës conciliandis sibi opem tulisset.

XXIX. Nactus autem tria illa millia drachmarum nihil amplius morabatur; ac veluti non modo agricolarum illic degentium, sed etiam omnium mortalium ditissimus, statim ad Chloën venit eique somnium enarrat; iubet illam gregem tantisper custodire, donec ipse redeat; citatoque gradu ad Dryanta fertur animose cumque inveniens frumenta quaedam in area una cum Nape triturantem magna cum fiducia talem de matrimonio infert sermonem: „Chloën mihi in uxorem tradito. Ego novi ca„nere egregie fistula, putare vitem et stirpem in terram infe-

„dere. Novi etiam arare terram et frumentum ad ventum vanno „excutere. Quomodo vero gregem pascam, testis est Chloë: „quinquaginta capras acceptas duplicavi; educavi etiam magnos „atque formosos hircos, cum antea alienis meas submitterem „capras. Denique sum iuvenis et vicinus vester inculpatae vi„tae. Quin me capra educavit, sicuti Chloën ovis. Cum autem „tanto alios spatio post me relinquam, ne in donis quidem illis „quidquam concesserim. Dabunt illi capras ovesque et par „boum scabiosorum et frumentum ne galliniis quidem cibandis „idoneum. A me vero tria haecce drachmarum millia habebitis. „Tantum hoc nemo resciscat, ne ipse quidem Lamon meus pa„rens.“ Simulque porrigebat atque Dryanta complexus osculabatur.

XXX. Illi, ex insperato tanta vi argenti conspecta, e vestigio Chloën huic uxorem spondebant idemque se Lamoni persuasuros pollicebantur. Nape autem cum Daphnide ibidem manens boves circumagebat et tribulis spicas comminuebat. Dryas recondito marsupio, ubi monumenta reposita habebat, citato gradu ad Lamona Myrtalenque ferebatur, ab iis, quod novum insolitumque, sponsum petiturus. Quos cum offendisset hordea metientes modo ventilata animosque despondentes, quod ferme pauciora essent, quam quae terrae mandassent semina, de illis eos consolari aggressus est ubique locorum communem hanc esse querelam professus; et petebat Chloae Daphnim dicens: „Licet alii non pauca darent, se nihil quidquam a Lamone „Myrtaleque accepturum; immo potius de suis bonis insuper „largiturum; simul enim eos educatos et inter pascendum ea „coniunctos amicitia, quae facile divelli nequeat: iam vero „etiam eos ea esse aetate, qua mutui consortes etiam tori esse „possent.“ Dryas quidem haec et alia plura dicebat, quippe qui persuadendi praemium domi ter mille drachmas haberet. Lamon vero haudquaquam amplius paupertatem suam obtendere poterat illi; nam non fastidiebant: neque Daphnidis aetatem; iam enim erat adolescens. Quod tamen erat verum ne sic quidem eloqui voluit, scilicet Daphnim talibus nuptiis longe superiorem esse; sed cum aliquamdiu conticuisset, ita respondit:

XXXI. „Aequum facitis, qui vicinos peregrinis praeferatis „et pauperie honesta non potiores aestimetis divitias. Pan et „Nymphae pro iis vos suo amore dignentur. Egomet ipse ad

„nuptias maturandas pronus sum; utique enim insanirem, qui „semisenex iam sum, et manibus ad opera quotidiana indigeo „pluribus, nisi etiam vestrae familiae amicitiam mihi adiunge„rem. Magnum quoddam hoc bonum; magnoque quae affecte„tur studio digna Chloë, honesta atque formosa puella, omnino „in omnibus rebus optima: verum servus cum sim, nullius meo„rum sum dominus; sed necesse est, ut dominus meus certior „factus haec permittat. Age igitur, nuptias in autumnum diffe„ramus; tunc meum dominum adventurum aiunt, qui ex urbe „ad nos venerunt. Erunt tunc maritus et uxor: nunc fraterno „sese invicem prosequantur amore. Tantum, o Drya, hoc unum „scito: affectas et ambis iuvenem longe nobis potiorem.“ His dictis Lamon osculum Dryanti dedit potumque porrexit, cum iam tum sol meridianus incalesceret; eumque ad aliquantum comitabatur, omni humanitatis officio prosecutus.

XXXII. Dryas, non oscitanter postremo hoc Lamonis sermone audito, inter ambulandum secum cogitare coepit, quisnam tandem hic esset Daphnis. „Enutritus quidem a capra fuit, non „sine cura numinum; est facie decora nullaque ex parte similis „simo seni et mulieri glabrae. Habuit praeterea tria millia „drachmarum, quantam ne pirorum quidem vim credibile est „caprarium habere. Ecquid etiam hunc aliquis exposuit, sicuti „Chloën? Ecquid etiam hunc invenit Lamon pari fortuna at„que illam ego? Ecquid etiam monumenta abiecta fuerunt si„milia iis, quae a me sunt inventa? Quodsi haec ita se ha„beant, domine Pan caraeque Nymphae, hicce suis inventis pro„pinquis forsan etiam de Chloës aliquid reperiet secretis.“ Talia quidem animo volvebat suo somniabatque usque dum venit in aream: quo progressus Daphnim arrectis auribus suspensum deprehendit confirmavitque, „Gener salve!“ dicens; et autumno nuptias se facturum promisit dextramque dedit in fidem, nullius, praeterquam Daphnidis, coniugem Chloën esse futuram.

XXXIII. Cogitatione igitur celerius, ne potu quidem vel cibo degustato, ad Chloën accurrit: quam cum offendisset mulgentem caseosque prementem, laetum hunc de matrimonio apportat nuntium atque deinde illam non furtim, sed ut uxorem deosculatur inque communionem laboris veniebat. Mulgebat lac in mulctralia, conspissatos indebat cratibus caseos, admovebat

matribus agnos et haedos. Postquam haec bene fuerant curata, aqua se abluerunt, cibum et potum sumserunt, circumvagati sunt quaesitum fructus maturos. Horum quidem suppetebat magna copia, quia omnium ferax haec anni tempestas erat. Multa pira silvestria erant, multa hortensia, multa mala: quorum alia humi deciderant, alia adhuc arboribus adhaerebant. Sed quae humi iacebant, fragrantiora; quae de ramis pendebant, venustiora erant: illa ceu vinum fragrabant; haec ceu aurum fulgebant. Una malus stabat, cuius iam omnia poma erant ablecta, quae neque fructum, neque frondes habebat, cuiusque omnes rami nudati erant: sed malum unicum in ipso vertice supremum maturuerat, magnum ac pulchrum quodque multorum aliorum fragrantiam solum vinceret. Scilicet qui reliqua decerpserat, eo ascendere metuerat, ideoque istud inde avellere neglexerat. Fortassis vero eximium illud pomum amanti pastori servabatur.

XXXIV. Hoc malum ut conspexit Daphnis, enixus decerpere gestiebat atque Chloën impedientem neglectui habuit. Haec neglecta citato gradu ad greges abiit. Ceterum Daphnis, postquam ascendit, eo pervenit, ut decerperet donumque Chloae afferret, et talia verba iratae dixit: „Hoc, virgo, pomum, quod „vides, anni aetates pulchrae pepererunt, hoc arbor egregia „enutrivit, sol ad maturitatem perduxit et conservavit fortuna. „Quod non potui, cum oculos habeam, relinquere, ne, si humi „deflueret, vel pecus illud inter pascendum pedibus conculcaret, „vel serpens, dum prorepit, venenaret, vel tempus illud absu„meret proiectum ac solummodo oculis et laudibus usurpatum. „Hoc Venus in certamine suae formae praemium tulit; hoc „idem ego tibi do palmarium. Eiusdem conditionis, ac Venus, „tu testes habes. Paris erat opilio; caprarius ego.“ Hisce dictis, hoc malum illius gremio imposuit; at illa propius accedentem osculata est: ita ut Daphnim non poeniteret audaciae, qua ascenderat in tantam altitudinem; namque osculum vel aureo malo pretiosius accepit.

LIBER QUARTUS

I. Adveniens autem ex Mytilenarum urbe quidam Lamonis conservus herum paullo ante vindemiam venturum nuntiavit cogniturum, num quod damnum suis agris intulisset appulsus ille Methymnaeorum. Aestate igitur iam abeunte et autumno adventante, Lamon sedulo ei paravit mansionem, in qua nihil, quod oculis non esset gratum, occurreret. Fontes emundabat, ut illimes unda clara pellucerent; fimum ex caula egerebat, ne suo foetore ullam crearet molestiam; hortum summa cura excolebat, ut omni amoenitate rideret.

II. Hic autem hortus erat pulcherrimus et in morem regalium hortorum. Excurrebat ad stadii magnitudinem; situs erat in loco celso, latitudine complectens quattuor iugera; ut iure eum campo per planum porrecto assimilasses. Ferebat porro omnigenas arbores, malos, myrtos, piros, malos punicas, ficus, oleas; et aliis in locis proceram vitem, quae foeta nigrescente uva malis et piris incumbebat, perinde ac si de fructu cum illis contenderet. Atque hae quidem erant sativae arbores. Nec minus ibi cyparissi, lauri, platani et pini crescebant, quibus omnibus loco vitis imminebat hedera, cuius corymbus ingens et nigrescens uvam aemulabatur. Intus quasi praesidio aliquo munitae fructiferae stirpes continebantur; quas foris steriles circumvallabant, haud secus ac sepimentum humano artificio fabrefactum; quamquam septum e tenui maceria factum haec omnia ambiebat. Secto limite erant digesta et discreta omnia truncique a truncis abiuncta. In sublimi invicem rami coibant et

frondes se invicem consociabant. Putasses utique etiam haec, quae natura sane ita se habebant, ab arte profecta. Erant et florum areolae, quorum alios producebat terra, alios industria humana. Rosae nempe, hyacinthi et lilia, manu sata atque culta; violas, narcissos, anagallidas sponte submittebat humus. Aestate ibi umbra, vere florum amoenitas, autumno fructus, et quavis anni tempestate voluptas.

III. Ab hoc loco campus despici poterat eratque videre pascentes: despici poterat etiam mare conspiciebanturque qui navibus praetervehebantur, ita ut etiam hoc horti deliciis merito accenseri posset. In ipso vero horti medio, qua aeque in longitudinem ac latitudinem extendebatur, delubrum Baccho et ara erant posita: aram hedera, delubrum palmites cingebant. Erant etiam in interiori delubri parte picturae, Bacchi res gestas ob oculos ponentes, videlicet parientem Semelen, Ariadnen somno sopitam, Lycurgum vinculis constrictum, Penthea discerptum exhibentes. Hic victi stabant Indi atque transformati Tyrrheni. Ubique Satyri calcantes, ubique Bacchae choreas ducentes. Neque omissus Pan, qui in petra, sua canens fistula, sedebat perinde ac si caneret commune carmen tam calcantibus viris, quam feminis tripudiantibus.

IV. In hoc igitur tali horto Lamon omnem posuit operam, quo excultum atque politum daret, et arida excidendo et palmites adstringendo pedamentisve alligando. Bacchum floribus coronabat; aquam adducebat fons quidam a Daphnide floribus irrigantis inventus; operam quidem floribus dabat, Daphnidis tamen fons appellabatur. Daphnim etiam hortabatur Lamon, ut pingues nitidasque, quam maxime posset, capras redderet, dicens, omnino illas herum, non longum post tempus adventurum, esse visurum. Bono erat animo Daphnis, utpote laudem caprarum nomine promeriturus; duplo enim quam sibi traditus fuerat, capellarum gregem reddiderat auctiorem, neque ullam lupus abstulerat, et ipsis ovibus obesiores erant. Cum autem vellet herum promtiorem esse ad nuptias comprobandas, omni sane cura, omni studio et alacritate agebat, summo mane illas pastum educendo seraque vespera reducendo. Bis appellebat ad aquam seduloque indagabat, ubi maxima suppeteret pabuli copia. Curaverat quoque, ut sibi essent sina nova mulctrarumque copia et crates capaciores. Tantam his impendebat curam, ut etiam cornua ca-

pellarum inungeret et pilos ipsos pexos nitidosque efficere studeret. Putasses te Pani sacrum videre gregem. In partem illius circa gregem caprarum laboris ipsa quoque Chloë veniebat suoque grege neglecto maiori ex parte his vacabat; ita ut Daphnis existimaret, per illam fieri, quod capellae tam pulchrae viderentur.

V. Hisce intentos alter ex urbe veniens nuntius vindemiare vites quam ocissime iussit seque permansurum dixit, donec ex uvis mustum fecissent et tum demum in urbem reversurum, ut dominum adduceret peracta autumnali vindemia. Hunc igitur Eudromum (eo enim nomine appellabatur, quia ei erat iniunctum currere) excipiebant summa lubentia et benignitate, simulque uvas e vitibus decerpebant ad praela eas conferentes, mustum condentes in cados, racemos adultos cum palmitibus desecantes, quo liceret ex urbe venientibus aliqua frui vindemiae imagine et voluptate.

VI. Non pauca autem Eudromo, ad urbem iam reversuro, Daphnis dedit dona; talia autem dedit dona, qualia caprarum grex praebet, videlicet caseos bene compactos, haedum sero genitum, pellem albam atque hirsutam caprae, quam hiberno tempore currens indueret. Impense delectabatur atque Daphnim osculabatur ille promittens, se aliquid boni de illo dicturum domino. Sic ille abiit benevolo animo; Daphnis autem anxietatis et curarum plenus cum Chloë manebat. Quin etiam illa magno in metu erat; nempe adolescentulus, assuetus dumtaxat videre capras, oves, agricolas et Chloën, tunc primum visurus erat herum, cuius solum nomen tunc primum fando audiebat. Erat igitur sollicita de Daphnide, quo pacto herum aditurus et compellaturus esset, ac de matrimonio, ne frustra illud somniarent. Hinc continua intercedebant suavia mutuique amplexus, haud aliter quam si coaluissent. Nec tamen illorum oscula sine timore erant neque amplexus sine vultu tristi; non secus atque eorum, qui herum iam praesentem timerent, vel clam illo ista agerent. Verum talis tumultus illis intervenit.

VII. Lampis quidam erat, bubulcus ferox. Hic uxorem a Dryante petebat Chloën urgensque nuptias multa dono dederat. Qui cum intelligeret, Daphnim, siquidem dominus non reprobaret, eam ducturum esse in matrimonium, dolos consuere aggreditur, quibus dominum adversus eos exacerbaret; cumque non ignora-

ret, magnopere illum horto delectari, eum, quoad fieri posset, vastare suaque amoenitate privare decrevit. Quoniam autem, si arbores caederet, futurum erat, ut deprehenderetur fragore proditus; animum floribus perdendis adiecit. Observata igitur nocte transgressus sepem flosculos partim e radicibus eruit, partim confregit, partim instar porci pedibus protrivit. Atque ille quidem clam se subduxit; sequenti vero die Lamon ad hortum progressus eum aqua fontana irrigaturus erat. Conspicatus totum illum locum pervastatum et facinus, quale inimicus, non latro perpetrare solet, illico suam discidit tunicam et voce alta Deos inclamavit, ita ut Myrtale, omissis iis, quae in manu habebat, accurreret pariterque Daphnis, qui capras in pascua duxerat, recurreret. Hoc videntes clamabant et clamantes flebant.

VIII. Incassum quidem lugebant flores; verum herum timentes flebant. Ne peregrinus quidem superveniens a lacrimis sibi temperasset; exutus enim omni venere erat locus restabatque tantum terrae solum lutulentum: florum si quid effugerat iniuriam, subflorebat atque fulgebat et adhuc amoenum erat, etsi iaceret. His insidebant apes perpetuo et sine intermissione bombum facientes, veluti illos lamentantes. Lamon autem prae animi consternatione in haec verba erumpebat: „Eheu! rosae quam „sunt diffractae? Heu! violae quam sunt conculcatae? Eheu! „hyacinthi et narcissi, quos homo aliquis improbus e terra „eruit. Ver adveniet, isti autem non vernabunt. Orietur aestas, „hi autem non vigebunt. Autumnus aderit, isti autem neminem „coronabunt. Neque vero tu, domine Bacche, miserorum ho„rum florum misertus es, iuxta quos habitabas quosque oculis „usurpabas et quibus te saepe coronavi? Qua fronte hunc hor„tum hero ostendam? Quo animo is haec visurus est? Me se„nem de pino aliqua ut Marsyam fortasse suspendet; forsan etiam „iam Daphnim, quasi nimirum caprarum facto haec acciderint."

IX. Ob haec lacrimae oboriebantur fervidiores, neque deinceps flores, sed semetipsos deflebant. Lugebat simul Chloë, si Daphnis suspenderetur, et iam optabat, ut nunquam eorum dominus adveniret, diesque exantlabat acerbas, quasi iam cerneret Daphnim flagrorum verbera patientem. Coepta iam nocte venit nuntiatum Eudromus, dominum maiorem post triduum affuturum, gnatum vero eius die sequente praeventurum. Deliberatum igitur fuit de hisce, quae acciderant, et de consiliis conferendis Eu-

dramum socium adhibuerunt. Ille benevolo animo prosequens Daphnim suasit, ut rem prius aperiret domino minori seque causam adiuturum spondebat, ut qui non certe nullo numero apud dominum haberetur, quippe cuius esset collactaneus; exorteque die ita egerunt.

X. Veniebat Astylus equo insidens unaque eius parasitus, qui et ipse equo vehebatur. Quorum ille nudius tertius barbam emittere coeperat; at huic Gnathoni (hoc enim huic nomen erat) iampridem abrasa barba fuerat. Lamon vero una cum Myrtala et Daphnide ad illius genua provolutus, infelicis ut misereatur senis seque innocentem patris irae eripiat, supplex orat simulque illi exposuit quae contigerant omnia. Supplicantis misertus Astylus hortum ingreditur et conspicatus florum excidium sese dixit ipse veniam impetraturum a patre et incusaturum equos, quod ibi alligati insolentius lascivissent, alia contrivissent, alia proculcassent, alia suffodissent, loramentis nimirum liberati. Ob haec Lamon et Myrtale omnia ipsi fausta apprecabantur; Daphnis autem dona insuper attulit, videlicet haedos, caseos, aves earumque foetus, racemos adhuc palmitibus dependentes, poma adhuc in ramis pendentia: inter ista dona erat etiam fragrantissimum vinum ex Lesbo, potu praestantissimum.

XI. Astylus quidem collaudabat ista eratque assiduus in venandis leporibus, utpote opibus abundans iuvenis et luxu nunquam non diffluens, quique ideo rus venerat, ut nova voluptate perfrueretur. Gnatho autem, utpote homo unice edoctus edere et ad ebrietatem usque se ingurgitare venerique deditum esse post ebrietatem, quique nihil aliud quam gula et venter erat quaeque sunt infra ventrem, non negligenter Daphnim sua dona conferentem contemplatus fuerat; sed cum natura puerorum amator esset, inventa, qualem ne in urbe quidem vidisset, forma, Daphnim aggredi decrevit, hoc facile ratus illi, utpote homini caprario, se persuasurum. Haec cum constituisset, venationis non erat cum Astylo particeps, sed descendens ad loca, ubi pascebat Daphnis, verbis quidem capras, sed re vera Daphnim spectatum veniebat. Deinde blandis illum deliniens verbis laudibus efferebat capras, tibiaque ut pastorale carmen caneret, postulabat addebatque, mox ipsi libertatem impetraturum se, qui videlicet nihil non apud Dionysophanem posset.

XII. Ut autem illum mansuetum sibique morigerum vidit,

nocte insidiatus capellas e pastu abducenti accurrens oscula quaedam dedit; deinde ut more caprarum hircis sui copiam facientium, sibi tergum obvertat, precatur. Haec cum tandem animadvertisset Daphnis et dixisset: „capras quod ineant hirci, id „quidem se recte habere, sed hircum nunquam quemquam vi„disse inire hircum, neque arietem pro ovibus arietem, neque gallos gallinarum loco gallos," ibi Gnatho velle vi adigere manusque iniicere. At ille hominem ebrium aegreque pedibus insistentem cubito repulsum humi prostravit et veluti catulus aufugiens iacentem reliquit, viri, non pueri, qui manu deduceret, opera indigentem. Neque postea eum admittebat Daphnis, sed modo hoc, modo illo loco capras pascebat illum vitans Chloënque diligenter servans. Neque Gnatho amplius illum curiose observabat, cum intellexisset, eum non solum formosum, sed etiam robustum esse. Captabat autem occasionem de eo colloquendi cum Astylo sperabatque fore, ut illum dono habiturus esset ab iuvene multa et praeclara largiri volente.

XIII. Tunc vero non potuit. Namque adveniebat Dionysophanes una cum sua Clearista; omniaque tumultu et strepitu iumentorum, servorum, virorum atque mulierum fervebant. Inde autem componere coepit sermonem amatorium eumque prolixum. Erat hic Dionysophanes iam semicanus, magnus et formosus, qui ne iuveni quidem cederet; quin etiam dives inter paucos et tam probus, ut nemo alius. Hic post adventum primo die omnibus Diis agri praesidibus sacra fecit, Cereri, Baccho, Pani, Nymphis statuitque omnibus, quotquot aderant praesentes, cratera communem; reliquis diebus Lamonis inspexit opera: utque conspexit campum probe impressis sulcis aratum, vineam palmitibus totam turgidam, hortum eleganter politum, (quod enim ad flores attinebat, Astylus omnem culpam in se receperat) impense delectabatur atque Lamonem laudibus evehens insuper pollicebatur se eum liberum manumissurum. Postea etiam ad caprarum gregem descendit capras caprariumque visurus.

XIV. Chloë autem in silvam aufugit tantam turbam reverita. At Daphnis hirsuta caprae pelle indutus stetit ex humeris suspensam recens consutam habens peram, tenens utraque manu, altera recentes caseos, altera hoedos lactentes. Si quando Apollo Laomedonti mercede pacta serviit et armenta pavit, talis certe erat, qualis tunc visus est Daphnis: qui ne verbum quidem pro-

tulit, sed rubore suffusus fixit oculos humi muneraque porrexit. Lamon vero, „Hic," inquit, „here, caprarum tuarum custos est. „Tu quidem quinquaginta mihi tradidisti pascendas, et duos „hircos; hic usque ad centenas auctas dedit et decem hircos. „Vides, quam sint pingues nitidaeque et vellere densae cornibus„que integris. Eas etiam musicas reddidit; namque fistula au„dita statim omnia imperata faciunt."

XV. His dictis aderat Clearista et specimen eius, quod dictum erat, sumere cupiens iussit Daphnim capellis, ut soleret, fistula canere, simul promittens, si id fecisset, se eum tunica, laena et calceis muneraturam. Ille, in theatri modum illis dispositis, stans sub fago e pera fistulam depromsit. Primum quidem exilem inflando edidit sonitum et statim capellae surrexerunt capitibus erectis: deinde pastoralem occepit cantum, atque capellae capite in terram demisso pascere coeperunt: rursus suavem et argutum sonum edidit, et simul omnes reclinatae quieverunt. Tum acutum insonuit, et illae, non secus ac lupo irruente, in silvam confugerunt. Paullo post receptui signum dedit; tum derepente silva egressae prope pedes ipsius circum circa cucurrere omnes. Nemo unquam famulos vidit ita dicto audientes hero. Ceteri igitur omnes mirabantur, praecipue vero Clearista, quae promissa huic formoso et musico caprario dona se persoluturam iuravit. Reversique ad villam prandebant et Daphnidi quaedam de sua misere mensa.

XVI. Ille una cum Chloë hisce epulis fruebatur delectabaturque gustando oppidanorum cibos spemque concipiebat fore ut, dominis cum id persuasisset, nuptias consequeretur. Gnatho autem magis accensus iis, quae apud capellas acciderant, minimeque vitalem sibi vitam esse opinans, ni Daphnide potiretur, Astylum in horto inambulantem captavit et in Bacchi aedem abduxit, ubi ipsius pedes et manus osculari coepit. At illo sciscitante, cur id faceret, et imperante ut eloqueretur, quid rei esset insuperque adiurante, se nihil ipsi denegaturum, „Actum est," inquit, „here, de Gnathone tuo. Qui ad hoc usque tempus solam ama„bam mensam tuam, qui antehac iurabam, nihil esse magis lepidum, „quam vinum vetustum, qui ephebis Mytilenaeis tuos obsoniorum „conditores formosiores esse affirmabam, nunc solum Daphnim „formosum esse censeo. Atque ne gustatis quidem exquisitis il„lis dapibus, quarum singulis diebus ingens est apparatus, car-

„nibus, piscibus, libis melleis, libenter herbam ac frondes de„pascerem in capellam conversus, Daphnidis modo auscultans „fistulam et sub illius manu pascens. Tu vero tuum servato „Gnathonem invictumque vince amorem. Sin minus, tibi per „meum iuro Deum, pugione arrepto et aqualiculo hoc cibis usque „repleto, memet occidam ad ipsas adeo Daphnidis fores. Tu „vero haud amplius me vocabis Gnathonulum, ut assidue per „iocum soles."

XVII. Ferre non potuit lacrimantem iterumque pedes exosculantem iuvenis magnanimus et amantium doloris haudquaquam ignarus illique pollicitus est, se a patre petiturum Daphnim eumque ducturum in civitatem sibi quidem mancipium, ipsi vero amasium. Cum autem vellet eum bono esse animo, interrogabat subridens, numquid eum puderet Lamonis filium amare, et nihil non moliri, quo cum adolescentulo capras pascente rem haberet? Et simul simulabat, sese hircinum illum foetorem detestari. Gnatho contra, qui nullos non amatorios logos perditorum hominum compotationibus didicisset, non alienum a re de se ipso et de Daphnide retulit; „Nemo amatorum, domine, hisce curiose per„scrutandis immoratur, sed in quocunque tandem corpore formam „inverit, illa capitur: idcirco et plantam nonnullus deperiit „nec non flumen et feram. Et quidem quis non amantem mise„ratus est, cui formidandus est ille ipse, quem amat? Servile „quidem corpus, at liberalem formam amo. Vides, ut illius coma „hyacintho similis sit? ut fulgeant oculi sub superciliis, veluti „pala aurea inclusa gemma? ut illius facies rubore suffusa sit? „ut illius oris dentes eboris instar candicent? Et quis amator „non omnibus votis contenderet inde candida sumere basia? Sin „vero pastorem arsi, Deos imitatus feci. Bubulcus erat An„chises, attamen illum habuit Venus. Capellas pascebat Bran„chus, et Apollo ipsum amavit. Pastor Ganymedes erat, et illum „Iuppiter rapuit. Nec contemnamus puerum, cui etiam capellas, „veluti amantes; morigeras videmus. Immo potius, quod etiam „nunc in terris manere tantam venustatem sinant, gratias agamus „Iovis aquilis."

XVIII. Astylus cum ob hoc maxime dictum suaviter risisset dixissetque magnos sophistas ab Amore formari, circumspectare commodum tempus coepit, quo patrem de Daphnide alloqui posset. Eudromus subauscultavit, quaecunque locuti erant, clanca-

lum, et, cum Daphnim ut optimum iuvenem diligens, tum aegre ferens quod tam elegans iuvenis ludibrio esset futurus Gnathoni, extemplo omnem rem aperuit et Daphnidi ipsi et Lamoni. Daphnis igitur, animo consternatus, simul cum Chloë se in fugam dare constituit, vel vitae finem sibi ponere, ea quoque comite exsilii adscita. At Lamon, evocata foras Myrtale, „Periimus," „inquit, „uxor. Tempus est ea revelare, quae hactenus tecta „fuere. Caprae et cuncta reliqua deserta erunt: sed, Pana at- „que Nymphas testor, etiamsi, quod aiunt, bos in stabulo sim „relinquendus, Daphnidis fortunam nequaquam reticebo; sed, me „invenisse expositum, dicam et quomodo enutritus fuerit, indi- „cabo et quae cum illo exposita fuerint, ostendam. Discat sce- „lestus iste Gnatho, et quis sit ipse et quos amare audeat. Tu „modo cura, ut haec mihi monumenta sint promta parataque."

XIX. Sic ubi inter ipsos convenit, se intro receperunt. Astylus ad patrem otium agentem advolans, petit, ut Daphnim sibi liceat in urbem abducere, utpote formosum praestantioremque, quam qui ruri degat, et brevi temporis spatio a Gnathone urbanos mores edocendum. Lubens pater concessit atque arcessitis Lamoni ac Myrtalae laetum afferebat nuntium, pro capris hircisque, Astylo in posterum daturum esse operam Daphnim; pollicitus, pro illo duos illis se daturum caprarios. Tum Lamon, cum iam omnes confluxissent atque, quod formosum essent habituri conservum, laetarentur, dicendi copiam petiit sicque fari coepit: „Audi, here, ex viro sene verum sermonem: „iuro Pana Nymphasque, me nihil falsi esse dicturum. Non sum „ego Daphnidis pater, neque tam beata unquam fuit Myrtale, „ut mater fieret. Alii parentes hunc exposuerunt infantem, „forsan grandiorum liberorum satis habentes. Ego inveni illum „expositum, et a capra mea nutritum, quam etiam mortuam in „horti ambitu sepelivi, magno illam amore prosequens, quod ma- „tris praestiterat officia. Inveni etiam monumenta quaedam cum „illo exposita. Dico, domine, atque asservo ista; fortunae enim „altioris, quam ut nobis convenire possint, haec sunt signa. „Servum autem illum esse Astyli, videlicet famulum pulchrum „domini pulchri atque boni, non aspernor; at illum Gnathonis „libidini et iniuriae exponi, id nullo modo tolerare possum; cum „eum Gnatho ideo Mytilenen adducat, ut muliebria patiatur."

XX. His dictis Lamon, multas in lacrimas affusus, conticuit. Cum autem Gnatho audacius sese efferret verberaque minaretur, Dionysophanes dictis obstupefactus Gnathoni silentium imperavit, torve supercilia in ipsum intorquens; et Lamonem iterum interrogavit iussitque eum sera respondere, neque consimilia fabulis confingere, quo sic filium retinere posset. Cum autem Lamon firmus in verbis persisteret perque omnes iuraret Deos seque ad tormenta offerret, si quid mentitus fuisset, assidente Clearista, dicta examinabat. „Quare Lamon mentiretur, cum pro „uno duos accepturus sit caprarios? Quomodo haec commenti„tus fuisset homo rusticus? Nonne statim fuit incredibile, ab „tali senecione atque matre grandaeva filium tam insigni forma „progenitum esse?"

XXI. Placuit non ulterius coniecturis inhaerere, sed ipsa inspicere monumenta, num illa splendidioris insignioris que fortunae essent. Abiit Myrtale, cuncta allatura, quae vetusta in pera asservabantur. Allata primus inspiciebat Dionysophanes, visisque chlamydicula purpurea, fibula ex auro fabrefacta, gladiolo eburneum habente capulum, vehementer exclamans, „O Iup„piter dominator!" advocavit uxorem, ut et ipsa intueretur. Quae ut vidit, vehementer et ipsa exclamavit: „Carae Parcae! „Nonne haec sunt, quae una cum nostro filio exponenda cura„vimus? Nonne haec in hos ipsos agros asportaturam Sophro„synen misimus? Non sunt alia certe, sed ipsamet haec sunt, „marite carissime. Nostra haec proles: tuus filius Daphnis est, „et paternas capellas pavit."

XXII. Illa adhuc loquente Dionysophaneque signa haec deosculante praeque nimio gaudio lacrimas fundente, Astylus intelligens, suum esse fratrem, statim abiecto pallio, cursu tendebat per hortum, primus osculari Daphnim volens. Cum autem illum currentem videret Daphnis multis stipatum clamantemque Daphni, illum ratus accurrere, ut ipsi manus iniiceret, pera fistulaque abiectis ad mare ferebatur se praecipitem de excelsa petra daturus. Et fortasse, quod novum et insolens, inventus periisset Daphnis, nisi, re intellecta, Astylus clamitasset iterum: „Siste gradum, Daphni, et nihil reformida. Frater tuus sum, „et parentes tui sunt, qui hactenus heri erant. Nunc nobis La-

„mon de capra rem omnem narravit et monumenta ostendit. „Vide, conversus, quam laeti incedant quamque hilari vultu. „Verum me primum osculeris: iuro per Nymphas, me nihil „mentiri."

XXIII. Vix post iusiurandum hoc stetit et Astylum occurrentem exspectavit atque accedentem osculo excepit. Interea, dum illum osculatur, cetera multitudo adest, servorum ancillarumque turba affluit, etiam ipse pater una cum matre. Hi omnes illum amplexabantur, deosculabantur cum gaudio atque fletu. At Daphnis patrem et matrem ante ceteros tenerrimo affectu complectebatur, et quasi iam pridem nosset, amplexabatur exireque amplexibus recusabat: tam cito sibi invenit natura fidem. Quin etiam Chloës obliviscebatur in breve tempus. Cum iam venisset ad villam, pretiosam accepit vestem, iuxtaque genuinum patrem collocatus eum ad hunc modum narrantem auscultavit.

XXIV. „Uxorem duxi, filii, admodum iuvenis; atque exi„guo interiecto temporis spatio pater, ut ego arbitrabar, fortu„natus eram. Primus enim partus filius erat, alter filia, tertius „Astylus. Ratus ergo hosce sufficere generi nostro prognatum „post omnes hunc puellum exponendum curavi; expositis his „una, non monumentis, verum potius funebribus ornamentis. At „aliter visum fuit fortunae. Natu enim maior filius et ipsa filia „eodem morbo uno die perierunt; at tu Deorum providentia „mihi servatus es, quo plura in senectute praesidia haberemus. „Cave mihi succensere ob hanc tui expositionem; volente enim „animo id haudquaquam a me consultum est. Neque est, „Astyle, quod doleas, quamquam pro asse semissem totius here„ditatis accepturus. Hominibus enim sapientibus nulla fratre „praestantior est possessio. Quin immo vos mutuo amate, et „quod ad opes attinet vel cum regibus contenditis. Magna enim „vobis latifundia relinquam, multos famulos industrios, aurum, „argentum et quaecunque alia divites possidere solent. Praeci„puum tantum Daphnidi hunc agrum do, nec non Lamonem at„que Myrtalem ipsasque, quas ipsemet pavit, capellas."

XXV. Is dum loquebatur, Daphnis prosiliens, „Recte illa," inquit, „mihi in memoriam revocasti. Exeo capras ducturus ad

„potum, quae alicubi sitientes meam exspectant fistulam; ego „vero hic sedeo." Riserunt suaviter omnes, quod dominus factus etiamtum caprarius esse vellet. Et alius quidem mittebatur, qui illarum curam ageret; hi autem sacris Iovi servatori factis laeti agitaverunt convivium. Ad hoc solus non accessit Gnatho, qui timore perculsus, in Bacchi fano, tanquam supplex, diem atque noctem mansit. Cum autem fama ad omnium aures pervenisset, Dionysophanem suum invenisse filium atque Daphnim illum caprarium agrorum dominum factum fuisse, prima luce alii aliunde confluxerunt, adolescenti gratulantes, patri autem munera conferentes; inter quos primus Dryas, qui Chloën aluerat.

XXVI. Omnes autem detinuit Dionysophanes, ut post hanc laetitiam etiam festo interessent. Ingens autem erat vini apparatus, nec minor farinae; aves palustres, porcelli subrumi, mellea placenta varia; multae etiam victimae Diis patriis mactabantur. Tum Daphnis, omnibus pastoralibus, quae habebat, collectis, donaria Diis distribuit: Baccho quidem peram atque pellem consecravit, Pani vero fistulam et tibiam obliquam; pedum autem Nymphis, sicut etiam mulctralia, quae ipse fabricaverat. Ita autem id, cui assuevimus, nova et insolenti fortunae prosperitate gratius et acceptius esse solet, ut exciderent ei lacrimae ad haec singula, dum iis quasi valedicebat; nec ante mulctralia Diis obtulit, quam in illis mulxerat, neque pellem, quam eam induerat, neque fistulam, quam ea cecinerat. Quin singula quoque illa deosculatus et capellas allocutus est hircosque compellavit nominatim. De fonte quoque bibit, quod saepius et cum Chloë indidem bibisset. Nondum tamen suum amorem confitebatur occasionem exspectans.

XXVII. Quo tempore autem Daphnis sacris faciendis vacabat, sic se habebant res Chloës. Sedebat plorans pascebatque oves, dicens, ut par erat: „Mei oblitus est Daphnis; scilicet „opulentas nuptias mente agitat. Cui bono enim ipsum ad ius-„iurandum per capras, pro eo, quod per Nymphas illi ego de-„deram, vicissim adegi? Illas, ut Chloën, deseruit. Ne tum „quidem, cum sacra Nymphis et Pani faceret, eum videndae „Chloës desiderium cepit. Forsan apud matrem nactus est an-„cillas me praestantiores. Valeat; ego amplius non vivam."

XXVIII. Talia dicentem, talia volutantem animo, Lampis armentarius una cum rusticorum manu advolans eam rapuit, quasi Daphnis eam iam non ducturus esset et Dryas nimis praeclare secum agi putaturus esset, si Lampis eam adhuc ducere vellet. Illa igitur auferebatur misere clamans. Ex iis autem quidam, qui hoc viderant, huius facti indicium facit Napae, illa Dryanti, Dryas Daphnidi; hic autem iam sui non compos neque patri dicere audebat, et tamen sic durare non poterat. Igitur horti ambitum ingressus lamentabatur dicens: „Quam „triste est mihi agnitum et repertum esse? Quanto eram felicior, cum pecus pascebam? Quanto eram beatior, cum serviebam? Tunc videbam Chloën; nunc vero Lampis illa abrepta „abit, noctuque cum illa cubabit. Ast ego potui indulgeo, de„liciis diffluo et frustra Pana, capras atque Nymphas iuravi."

XXIX. Haec dicentem Daphnim Gnatho in horto delitescens audivit, horamque adesse ratus, qua propitium placatumque eum sibi reddere posset, assumtis nonnullis ex Astyli pueris, Dryantem persequitur hortatusque, ut se ducerent, ad Lampidis casam cursum intendit. Et eum assecutus eo ipso temporis puncto, quo Chloën introduceret, ipsam eripuit et agrestes homines verberibus mulctavit. Verum etiam studuisset vinctum Lampim haud secus quam ex bello aliquo captivum abducere, nisi is sua id fuga praevertisset. Re tam praeclare gesta inclinatoque in occasum die reversus, Dionysophanem invenit iam somno indulgentem, Daphnim vero vigiliis sese conficientem et adhuc circa hortum plorantem. Cui adducta iam traditaque Chloë omnia commemorat simulque obsecrat, ut obliviscatur iniuriarum seque non inutilem servum recipiat, neque mensa privet, qua interdicta illico moreretur fame. Daphnis autem ubi Chloën conspexit eamque in manibus tenere se sensit, cum isto, utpote de se tam bene merito, redibat in gratiam, Chloae vero de ipsius neglectu se excusare coepit.

XXX. Ceterum habito inter se consilio nuptias celandas censuerunt Chloënque clam habendam, soli tantum matri amore ipsorum indicato. Verum idem non placuit Dryanti; censuit potius rem patri exponendam, et in se recepit, fore ut ei id persuaderet. Ubi illuxit, habens in pera monumenta ad Diony-

sophanem Cleristamque in horto sedentes accedit. Aderat et Astylus et ipse Daphnis; silentioque facto, ita dicere exorsus est: „Me eadem, quae Lamonem, necessitas ea, quae ad hoc „tempus occulta latuere, dicere iubet. Hanc ego Chloën neque „genui, neque primis alimentis sustentavi; verum alii genuere „iacentemque in antro Nympharum ovis sustentavit. Hoc ipse„met meis vidi oculis; vidi et admiratus sum et admiratus illam „educavi. Huiusce rei testimonium perhibet et fidem facit illud „formae insigne decus; nihil enim in illa inest, quod nos referat „aut repraesentet. Testantur etiam monumenta, (quae splendi„diora sunt, quam pro pastoris sorte. Haec inspicite et inqui„rite, quinam sint cum hac puella propinquitate coniuncti, si „quando Daphnidis connubio digna videatur."

XXXI. Haec verba ut non temere et sine proposito iniecit Dryas, ita neque Dionysophanes oscitanter audivit; sed oculos coniiciens in Daphnim et animadvertens illum pallescere et occulte lacrimas fundere, amorem continuo deprehendit. Atque de filio suo magis, quam de puella aliena, sollicitus, omni qua potuit diligentia Dryantis verba perpendebat et explorabat. Ubi vero etiam crepundia vidit allata, calceolos nempe auratos, periscelidas, mitram, ad se vocatam Chloën bono iubet esse animo, utpote iam virum habentem et propediem etiam patrem matremque habituram. Deinde illam assumtam Clearista, veluti iam tum sui filii uxorem, ornabat. Daphnim autem Dionysophanes, remotis arbitris, interrogavit, num etiamtum virgo esset. Ille vero sancte affirmante, nihil inter ipsos praeter oscula et mutuum iusiurandum intercessisse, hoc sacramento delectatus Dionysophanes illos iussit accumbere.

XXXII. Hic intelligi poterat, quale sit formae decus, quando ornatum adsciscit: vestibus enim ita induta Chloë caesarieque reticulo collecta nec non facie abluta, longe formosior apparuit omnibus, ut vix etiam Daphnis eam agnosceret. Iurasses, vel sine monumentorum fide, talis puellae neutiquam Dryantem esse patrem. Verum et ipse aderat et una cum Nape convivio excipiebatur seorsum in lecto Lamonem ac Myrtalen compotores habens. Rursus igitur sequentibus diebus hostiae immolabantur statuebanturque crateres: nec non res suas etiam Chloë

consecrabat, nempe fistulam, peram, rhenonem, mulctras; fontem etiam, qui in antro erat, vino temperavit, quod iuxta eum enutrita fuisset et saepius in eo se lavisset; etiam ovis sepulcrum a Dryante sibi commonstratum corollis decoravit. Ipsa quoque gregi suo fistula modulata est; et a Diis fistula sua canens precata est, ut, qui se exposuissent, digni Daphnidis nuptiis invenirentur.

XXXIII. Postquam vero eos satietas tenuit in agris festorum, in urbem tendere decreverunt, ibique Chloës indagare parentes neque ultra nuptiis moras nectere. Primo igitur diluculo vasis collectis alia tria millia Dryanti drachmarum dederunt, Lamoni vero dimidiam agrorum partem metendam et vindemiandam caprasque una cum caprariis et boum iuga quatuor, vestesque hibernas, eiusque uxorem libertate donarunt. Deinde Mytilenen versus equis et curribus ac magna pompa luxuque moverunt. Tum reversi latuerunt cives, quod nox erat; sed sequente die tam virorum quam mulierum turba ad fores confluxit: illi Dionysophani de filio reperto gratulabantur, idque eo magis Daphnidis formam conspicientes; hae autem pariter cum Clearista laetabantur, quae filium simul et sponsam advexisset; illarum enim mentem et oculos praestrinxerat Chloë eam pulchritudinem ostentans, quam nemo superare posset. Omnis enim civitas movebatur adolescente virgine et hasce nuptias beatas praedicabant. Exoptabant etiam, ut parentes tali huiusce puellae forma digni emergerent; multaeque ex opulentissimis feminis vota Diis faciebant, ut et ipsae matres tam pulchrae filiae crederentur.

XXXIV. Dionysophani autem post varias sollicitasque cogitationes in profundum somnum delapso talis somnii species oborta est. Putabat Nymphas petere a Cupidine, ut suo tandem nutu illis conficeret confirmaretque nuptias; hunc vero, arcu remisso et deposito iuxta pharetram, iubere Dionysophanem, Mytilenaeorum omnibus optimatibus ad convivium vocatis, ubi iam postremum implevisset cratera, tunc exhibere unicuique monumenta: deinde vero hymenaeum canere. His visis atque auditis mane surgit, et cum iussisset mensas exquisitissimis exstrui epulis, terrestribus, maritimis, palustribus fluviatilibusque, omnes Mytilenaeorum magnates convivio excipit. Cum iam nox

erat impletusque crater, quo Mercurio libare moris est, tum famulus quidam argenteo in vasculo monumenta illa infert et dextrorsum circumferens omnibus monstrat.

XXXV. Inter ceteros autem nemo erat, qui agnosceret; verum Megacles quidam, ob senectutem in summo accubans, ut conspexit, statim agnovit et magna iuvenilique voce exclamavit: „Quaenam haec, quae video? Quid de te mihi factum est, o „filiola? Etiam tu vivis? An pastor aliquis forte fortuna in illa „incidens ea sola abstulit? Obsecro, Dionysophanes, mihi dic, „unde tibi filiae meae monumenta? Ne invideas, post Daphnim, „reperire etiam me aliquid.“ Cum autem iussisset Dionysophanes illum prius infantis expositionem enarrare, Megacles nihil de voci tenore remittens subiicit: „Priori tempore res angusta „mihi domi erat; quidquid enim habebam, in ludos publicos tri„remesque publicas consumseram. Dum in hoc statu erant res „meae, nascitur mihi filia, quam in hac egestate educare gra„vatus hisce ipsis crepundiis ornatam exposui, non ignarus mul„tos etiam dare operam eo modo, ut patres fiant. Et ista qui„dem in antro Nympharum exposita fuit, Dearum fidei com„missa; at mihi heredem non habenti quotidie divitiae in aedes „influebant. Neque postea tam bene mecum actum est, ut vel „filiam susciperem; verum Dii veluti risum de me facientes no„ctu mihi somnia immittunt, significantes, me ovem facturam „esse patrem.“

XXXVI. Hic Dionysophanes clamorem sustulit maiorem, quam Megacles, et e sede prosiliens Chloen admodum eleganter exornatam inducit et: „Istam“, inquit, „ipsam filiam exposuisti; „istam tibi virginem ovis Deorum providentia alendam suscepit, „ut meum mihi Daphnim capra. Accipe monumenta haec ipsam„que filiam; receptam autem Daphnidi da sponsam. Ambos ex„posuimus, ambos reperimus: amborum Pani, Nymphis, Cupidini „cura fuit.“ Megacles dicta laudabat mandabatque arcessendam uxorem Rhoden Chloënque in sinu habebat. Ibidemque manentes somnum ceperunt; Daphnis enim se nemini, ne ipsi quidem parenti, Chloën esse concessurum dicebat.

XXXVII. Exorto iam die, rus redire inter illos convenit; Daphnis enim et Chloë, quos urbanae taedebat vitae, preci-

bus id obtinuerant: illis quoque visum est pastorales quasdam iis facere nuptias. Quum venissent ad Lamonem, Megacli adduxerunt Dryantem et Rhodae Napen commendaverunt. Tum omnia ad festi celebrationem splendide apparabantur. Chloën apud Nymphas tradidit pater et monumenta multis aliis superadditis ut essent donaria, consecravit et Dryanti reliqua drachmarum ad decem usque millia supplevit.

XXXVIII. Ceterum Dionysophanes, cum coelum esset serenum, ibidem ante antrum toros e fronde viridi sternendos curavit paganosque omnes discumbere iussos magnifico excepit convivio. Aderant autem Lamon et Myrtale, Dryas atque Nape, Dorconis cognati, Philetas, Philetae liberi, Chromis et Lycaenium: ne Lampis quidem, venia impetrata, aberat. Cuncta igitur tum, utpote inter huiuscemodi compotatores, agrestia rusticaque. Alius canebat qualia messores solent; alter cavillabatur, cuiusmodi cavilla, dum uvas praelis premunt, iaculari consueverunt; Philetas fistula, tibia canebat Lampis; Dryas et Lamon saltabant; Chloë et Daphnis mutua sibi dabant oscula. Probe etiam pascebant capellae, veluti in huius festi partem atque communionem venientes. Non aeque gratum id oppidanis erat; Daphnis autem quasdam ex iis nominatim vocavit, quibus virentes frondes porrexit prehensisque cornibus eis oscula fixit.

XXXIX. Neque ista isto tantum die; sed quamdiu vixerunt, pastoralem degerunt vitam Deos colentes, Nymphas, Pana et Amorem, plurimos ovium caprarumque greges adepti, nullum tandem cibum sibi dulciorem, quam lac et poma, arbitrati. Quin etiam masculum filiolum caprae subdiderunt, et filiam altero partu editam ovis mammas sugere voluerunt et nomen imposuerunt alteri Philopoemenis, alteri Ageles. Sic cum iis etiam ista consenuerunt. Hi etiam antrum exornarunt, simulacra consecrarunt, aram Cupidini Pastori statuerunt Panique delubrum pro pinu habitandum dederunt, Pana Militem appellantes.

XL. Sed haec quidem posterioribus temporibus et nominarunt et fecerunt: tum vero nocte cuncti eos deduxerunt solemniter in thalamum, pars fistulam, pars tibiam inflantes, alii faces ingentes tollentes; cumque prope ad fores accessissent,

dura asperaque canebant voce, veluti tridentibus terram discindentes, neque vero hymenaeum canentes. Ceterum Daphnis et Chloë nudi concumbentes se invicem amplexabantur atque osculabantur, non magis dormientes illa nocte, quam vel noctuae solent; et patravit Daphnis quae se docuerat magistra Lycaenium. Atque tunc primum Chloë didicit ea, quae in silva acta fuerant, pastoralem ludum iocumque fuisse.

FINIS.

ADNOTATIONES
IN
LONGI PASTORALIA.

PROOEMIUM.

CAP. I.

ΛΟΓΓΟΥ ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.] Sic B. *Λόγου ποιμενικῶν περὶ Δάφνιν καὶ Χλόην. Ἐν Λέσβῳ θηρῶν κ. τ. ἑ.* A. *Λόγγου Σοφιστοῦ ποιμενικῶν τ. κ. Δ. κ. Χ. λόγοι τέτταρες* vulg. Vid. *Villois. Prolegg.* p. III. sq. et *Iacobs.*

Προοίμιον vulgo; quod quum in nullo compareat libro, eieci.

ποιμενικῶν] Huetius: „Proclus in Hesiod. Oper. l. II. v. 588. laudat Eratosthenis *ποιμενικά*." Idem Huet. e Scaligeran. p. 189 Iamblichi *Βαβυλωνικὰ* habuisse Iungermanum observat; de qua fabella Milesia, quae et in Scorialensi bibliotheca visa est, adi post Photium in Bibl. n. XCIV. p. 237 et sqq. *Le Beau* iunior. in Actis Acad. Reg. Inscr. t. XXXIV, p. 57 et sqq. Perdita autem Agathiae scholastici Daphniaca [cf. Vitam Agathiae p. XIV. ed. Niebuhr.] in codice 607 bibliothecae D. Marci Venet. servari, p. 314 catalog. codd. Graec. videbis; sed cum horumce Agathiae Daphniacorum initium in hoc eodem ibid. catalogo appositum sit (scil. *Σιδὼν ἐπὶ θαλάττῃ πόλις, Ἀσσυρίων ἡ θάλασσα, μήτηρ Φοινίκων ἡ πόλις*) hic non Agathiae Daphniacorum, sed Amorum Clitophontis et Leucippes ab Achille Tatio conscriptorum initium facile agnosces. VILL. p. 3.

εἰκόνος γραφήν] Sic edd. et B. *εἰκόνα γραφὴν* A. Flor. et Ursini codd. marg. Paris. III. —— Revocavi antiquam lectionem, quam male mutaverat Vill., sophisticam tollens orationis concinnitatem: quae item perit, si cum Brunck. ad Eurip. Hipp. v. 1016. corrigas *εἰκόνα γραπτήν*. [postea probatum etiam a Vill. Anecdd. t. II. p. 66. not. 3. et a Courer., qui confert Inscript.: *ἀναθεῖναι εἰκόνα γραπτὴν Διοδώρου* et psephisma Cyrenaeorum *εἰκόνα γρα-*

πτὰν ἐν ὅπλῳ ἐγχρύσῳ *); et a Porsono Advers. p. 220. p. 193. ed. Lips.] Ceterum *εἰκόνος γραφὴ* i. e. q. *εἰκὼν γραφῇ εἰκασμένη* Herodoti l. II. c. 182. Schaef. p. 327. Plutarch. Alex. c. 21. f. — — *ἀψύχους εἰκόνας ἀγαλμάτων παρέπεμπεν.* [Plura affert *Wyttenbach.* Ind. ad Plutarch. s. v. *ἄγαλμα.*] Pausan. VIII, 47, 2. *Ἀθηνᾶς — εἰκὼν γραφῇ μεμιμημένη.* Xenoph. Oecon. X, 1. *Ζεῦξις καλὴν εἰκάσας γραφῇ γυναῖκα.* Aelian. H. A. VII, 38. *γραφῇ εἴκασται ἐν τῇ Ποικίλῃ.* Ioann. Barbuc. l. *εἰκόνι γράψαι.* Pauli Ep. ad Rom. c. I, v. 23. *ὁμοίωμα εἰκόνος.* Schaef. Mscr. Wassenberg. dissert. de Nom. pr. §. 19. p. 23. *Ἐχίονος γραφήν*, eruditius quam vero similius. Lectio vulg. mihi placet magis ob antithesin membrorum *εἰκόνος γραφήν, ἱστορίαν ἔρωτος.* Sic agnosco magis Sophistae delicias. Boiss. Assentiuntur Schaefero etiam Geel. in Bibl. Crit. Nov. t. V. p. II. p. 244 sq. et Iacobs. Vers. Germ.

τέχνην ἔ. περιττὴν καὶ τύχην ἐρωτικήν] Ita primus Vill. edidit ex coniectura Fr. Heusinger. p. 10. Specim. Obss. in Aiac. et Electr. Sophocl. Libri: *τύχην ἔχ. π. κ. τέχνην ἐρ.* —— Heus. recte monet satis notum esse *τύχην casum*, *eventum* et. i. q. Gallicam vocem *avanture* significare; ut in Aiac. Sophocl. v. 1046. [1007 H.] et. v. 295. [288 H.] *καὶ τὰς ἐκεῖ μὲν οὐκ ἔχω λέγειν* (cod. Ienens. recte *φράζειν*) *τύχας*: ubi tamen quaedam Henr. Steph. exemplaria ut et Aldin. et quatuor Bodleiani et Ienensis codd. melius legunt *πάθας*; cuius hic glossa *τύχας*; [cf. *Herm.* l. l.] de quo v. *Toup.* Anim. in Suid. t. III. p. 2. Cf. et Eurip. Orest. v. 16. — *τὰς γὰρ ἐν μέσῳ σιγῶ τύχας*; de quo lege *Wyttenb.* Ep. Crit. p. 37 et 38. Igitur *τύχη ἐρωτικὴ* hic idem fer

*) Similia confert Boiss. h. l. ad refutandam Brunckii opinionem, qui in nota Gallica vocem *γραπτὴ* non frequenter inveniri contendit: „Zenodot. Epigr. *γραπτὰν σελίδα.* Daretus Aeolicus apud Caylacium Antiq. Aegyptt. t. II. p. 56. *εἰκόνα γραπτάν.* Inscript. Gruteriana p. 327. *γραπτῇ εἰκόνι.* Plut. Apophth. p. 210. D. *ἐμοῦ μηδεμία εἰκὼν ἔστω μηδὲ γραπτή, μηδὲ πλαστή, μηδὲ κατασκευαστή*: ubi quid sit *εἰκὼν κατασκευαστὴ* Cuperus explicat Obss. l. II. c. 19. Artemid. III, 31. *ἡ δὲ (εἰκὼν) ἐξ ὕλης στερεᾶς καὶ ἀσήπτου γεγενημένη ἀμείνων ἐστὶ τῶν γραπτῶν.* Suid. ad verba: *Μήτε πλαστὰν μήτε μιμηλὰν* notat: *ἀντὶ τοῦ μήτε πλαστὴν εἰκόνα μήτε γραπτήν.* Schol. Gregor. Naz. Stelit. I. p. 44. ed. Montac. *ἐν ἀνδριάσι καὶ εἰκόσι γραπταῖς.*“

quod in Charitone p. 1. l. 2. πάθος ἐρωτικόν. Cf. Long. infra l. IV. c. 18. p. 116. V. Aristot. de morib. l. VI. c. 4. hunc Agathonis versum nobis servavit, in quo ut, saepe alibi et hic apud Longum sic et τέχνη et τύχη coniunguntur: τέχνη τύχην ἔστερξε καὶ τύχη τέχνην. Vill. p. 5.

καὶ τῶν ξένων] καὶ recepi cum Cour. ex A.

κοσμοῦσαι,] Servavi cum Schaef. et Cour. signum, quod male deleverunt Iungerm. et Vill.

ποίμνια τρέφοντα] *pecudes quae alerent.* Rarior significatio huius nominis. Longus infra p. 11, l. 8. [Schaef.] ἐς ποίμνιον ἄγουσα τῆς σωτηρίας τὴν αἰτίαν. et mox: σκιρτήματα ποιμνίων ἀρτιγεννήτων. p. 12, l. 8. τῶν ποιμνίων ἠμέλησεν. p. 12, l. 14. ex nostra correctione τὰ ποίμνια καὶ τὰς αἶγας. Adde p. 142, l. 7. δηλοῦντας ὅτι με πατέρα ποιήσει ποίμνιον. pro quo paulo post: ταύτην σοι παρθένον οἷς προνοίᾳ θεῶν ἐξέθρεψεν. [Sic p. 59, l. 6. p. 62, l. 7. p. 66, l. 16. p. 82, l. 19. et in iis, quae Cour. prim. edidit l. I. cap. 16. fin. Herodot. l. III. c. 65. καὶ γυναῖκές τε καὶ ποίμνια τίκτοιεν. cf. l. VI. c. 39. οὔτε γυναῖκες καὶ ποίμνια ἔτικτον. Fortasse etiam Geopon. p. 20. ποίμνια σκιρτῶντα.] Sic ποίμνη nonnunquam dicitur. Vid. *Musgrav.* ad Eurip. Electr. v. 723. Quo sensu ποίμνην et Aelian. usurpavit de N. A. V, 50. nisi fallit coniectura Abresch. Animadv. ad Aeschyl. l. III. p. 2. [Cf. Aelian. H. A. l. XVI. c. 22.] Similiter αἰπόλιον. Hesych.: Αἰπολίου. αἰγιδίου. qui locus non tentandus. Atque ita intelligam Synes. Epist. CXLVIII. p. 285. D. μηκάζον αἰπόλιον. Cf. Abresch. in *Reitzii* Belg. Graec. p. 690. Schaef. p. 327. sq.

ἀναιρούμενοι] Male Iung. *pastores interfecti.* Recte observat Moll. unum tantum bubulcum, Dorconem a praedonibus interiisse, itaque vertendum *pastores tollentes* scil. pueros expositos cf. l. I. c. 6. Heliod. l. II. p. 115. c. 31. ταύτην — ἐν σπαργάνοις ἐξέθετο, — ἐγὼ δὲ ἀνειλόμην. l. IV. p. 175. c. 8. ὡς οὐδὲν ἀδικοῦσα —— σὲ γενομένην ἐξεδέμην —. ἀλλ' - ἀπολογοῦμαι πρός τε σὲ, θύγατερ, - πρός τε τὸν ἀναιρησόμενον. Vill. p. 6.

συντιθέμενοι] Iuvenes scil. Daphnis et Chloë *mutuam sibi fidem obstringentes.* Sic apud Musaeum v. 221. ὣς οἱ μὲν κρυφίοισι γάμοις συνέθεντο μιγῆναι, quod et ipsi fecerunt Daph. et Chloë sub fin. II. libr. c. 38 et 39. Sic συντίθεσθαι l. II. c. 38. συνέθεντο i. e. *ils convinrent* l. IV, c. 19. c. 37. Vill. p. 6. sq. Assentitur Vill. Heinrichius ad Mus. p. 125. Aliter iudicavit Brun-

ckius: „Cette expression n'est pas claire, et l'auteur pourroit bien avoir pensé autre chose que ce que la version lui fait dire. La phrase n'est point éclaircie par les exemples rapportés dans la note (Vill.); il falloit en produire où le verbe συντίθεσθαι fût employé sans régime et sans complément. Je reviendrai peut être sur ce passage." In errorem induxit Brunckium nimia in Villois. ira et indignatio, quum non videret, prooemium hoc non accuratam imaginis illius continere descriptionem, sed levem adumbrationem, quum satis ex historia ipsa possint cognosci, quae imago repraesentet. Quare etiam hoc verbum sic absolute positum, ut in antecedentibus κοσμοῦσι quid significet, neminem latebit, qui libellum nostrum perlegerit; quod bene mihi assequuti esse videntur Vill. et Passow., quorum posterior vertit *jugendliche Liebesgelübde*; minus recte Cour. *jeunes gens unis par amour.*

λῃστῶν] Recte Valck. ad Amm. l. III. c. 8. p. 194. observat, vett. et cultiores Graecos scriptores *piratas* (quam vocem Latini post Varronem frequentarunt) generaliori nomine λῃστὰς appellare solere vel etiam τοὺς ἐν θαλάττῃ κακουργοῦντας, et neminem forsan haberi, qui πειρατὴν eo sensu adhibuerit antiquiorem Graeco Iobi interprete c. 25, v. 3. apud Achillem autem Tatium et Xenophontem Ephes. aliosque recentiores usu longe frequentissimo esse hanc vocem. Notandum igitur nostrum, utpote antiquiorem seu puriorem et elegantiorem nusquam πειρατὰς sed λῃστὰς dixisse. Vill. p. 7.

CAP. II.

πόθος ἀντιγράψαι] Contulit haec Schaef. ad Plutarch. t. IV. p. 308 cum his Plutarchi Num. c. 20: πόθος εἰσεῤῥύη πάντας εὐνομίας καὶ εἰρήνης καὶ γῆν φυτεύειν καὶ τέκνα τρέφειν etc. Similiter articul. omittitur ad Infin. a voce ἐπιθυμία pendentem. V. *Sturz.* Lexic. Xenoph. t. I. p. 283. b. De aliis v. *Schaef.* ad Demosth. t, I. p. 701. t. IV. p. 470. De articulo post vv. αἰτία et αἴτιος omisso cf. *Sintenis* ad Plut. Themist. p. 140. unde Aeschin. c. Ctes. §. 61. Bekk. αἴτιον δὲ γεγονότα τῷ δήμῳ τοῦ μὴ μετὰ κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἑλλήνων ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην non contemnenda est trium codd. lectio articulum τοῦ omittentium. De art. post v. κύριος deficiente v. *Dobraei* Advers. t. I. p. 427.

ἐξηγητὴν] De hac voce vid. *Hemsth.* ad Luc. Dial. Mort. XX. t. I. p. 412. ubi et hunc Longi locum producit. V. et *Carpzov.* ad

Achill. Tat. l. V. p. 408. Bod. Vill. p. 7. Adde *Ruhnk.* ad Tim. p. 109 sqq. *Lobeck.* Aglaoph. t. I. p. 30.

κτῆμα] Thuc. l. I. c. 22. de sua historia: κτῆμά τε ἐς ἀεὶ — ξύγκειται, quod respexisse videtur sophista. Boiss. Cf. adnot. VV. DD. ad Dion. Hal. de Thucyd. iudic. c. 7. fin. p. 76. ed. Krüg. et schol. ad l. Thuc. V. etiam Dion. Hal. περὶ τ. λεκτ. Δημ. δειν. c. 10.

λυπούμενον παραμυθήσεται] Antiphon τέχνην ἀλυπίας συνεστήσατο, comparataque sibi Corinthi domo προέγραψεν ὅτι δύναται τοὺς λυπουμένους διὰ λόγων θεραπεύειν. Plutarch. vit. X. Rhet. p. 833. C. Philostr. V. S. p. 499. vs. 1. *Reines.* V. L. III. p. 447. Hemsterhus. ap. Geel. Bibl. Cr. t. V. p. II. p. 255.

προπαιδεύσει] Vill. primus e Parr. I et II. restituit. Vulgo παιδεύσει.

πάντως] Par. III: πάντων, mrg.: πάντως. — Hunc locum videtur esse imitatus Theod. Prodromus p. 89. Cf. etiam Alexis apud Arsen. Viol. p. 101. et apud Stob. T. 63. 13.

μέχρι] Sic Par. III. Vulg. μέχρις. Longum optimos imitatum scriptores Atticos etiam in talibus eos esse sequutum, veri est simillimum; cf. Schaef. App. Dem. t. III. p. 353. — Ceterum sententiam eandem expressit Nicet. Eugen. l. IV. v. 389 sqq. ubi v. *Boiss.* t. II. p. 242.

LIBER I.

CAPUT I.

τῆς Λέσβου] Artic. adscivit Cour. ex AB.

Μυτιλήνη] Non dubitavi rectiorem hanc huius vocis scripturam etiam invitis codd. in verbis ponere. Iam *Tournefort.* (Voyages du Levant, tom. I. p. 349 et sqq.) hanc scripturam probavisse ut etiam *Pellerinum* (Recueil de médailles t. III. p. 84. cll. tabul. 103 et 132 Append.) annotat h. l. Villois. Eodem modo excudi iusserunt hoc nomen Bekker. in *Demosth.* cf. Schaef. Appar. t. I. p. 693. et L. Dindorf. in Thucydide et in Diodoro. Cf. Herodot. I, 160. ib. adnotat. crit. *Gaisfordii.* V. Steph. Byzant. s. h. v. *Iacobs.* ad Aelian. H. A. t. II. p. 500. *G. Dindorf.* ad Athen. l. III. p. 86. e.

μεγάλη καὶ καλή] Citat Jnngerm. orat. Epist. l. 9. Ciceron. c. Rullum (II. c. 16.) et Muret. Var. Lect. l. IX. c. 16.

διείληπται – εὐρίποις] Parr. I. II. et ed. Iunt. (errore typoth.) *εὐρίπους*. — Pausan. Arcad. p. 662. Kuhn. *διαιροῦντος δὲ τὴν Μεγάλην πόλιν τοῦ Ἑλίσσοντος, κατὰ δὴ καὶ Κνίδον καὶ Μιτυλήνην δίχα οἱ εὔριποι νέμουσι.* Vill. p. 306. — Ioseph. B. I. *πύργοις διείληπτο* de regia Hierosolymitana. Dio Cass. XL. 3. *τὸν πόρον αὐτοῦ (τοῦ Ταμέσου) σταυροῖς, τοῖς μὲν ἐμφανέσι, τοῖς δὲ καὶ ὑφύδροις διαλαβόντες.* Liban. t. I. p. 284. *ὅσαι (ὁδοὶ) πηγαῖς σκιεραῖς καὶ τόποις ἀναπαυτηρίοις ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος διειλημμέναι.* Democrit. Athenaei XII, 29, p. 525. C. loco nondum sanato vel explicato *αἱ δὲ κεφαλαὶ κατ' ἴσα διειλημμέναι ζώοις.* Phryn. Appar. Sophist. [apud Bekk. Anecdd. p. 36, 3.] *Διαλαβεῖν δύο σημαίνει, τὸ ἑκατέρωθέν τινος λαβέσθαι καὶ τὸ εἰς δύο ἢ πλέον* [*πλέονα* Bekk.] *διαχωρῆσαι* (l. *διαχωρίσαι* [ita Bekk. edid.]) *ἢ διελεῖν. Ἡρόδοτος τὰ β̄:* [*δύο* Bekk.] *τὸ μὲν πρῶτον ἐκάλεσεν αὐτοῦ τοὺς ἄλλους παῖδας διαλαβεῖν· τὸ δεύτερον* [Bekk. *τὸ δὲ δ.* v. Vv. Ll.]

διώρυχας διέλαβεν ὁ Κῦρος, ἀντὶ τοῦ, *ἀπέτεμεν* [Bekk. - με] *καὶ διεῖλεν*. Boiss. Luc. Patr. Encom. c. 10. *λειμῶνες φυτοῖς παντοδαποῖς διειλημμένοι*. Diod. S. l. XVII. c. 68. t. II. p. 213. W. *χώραν περάσας χαράδραις βαθείαις καὶ πολλαῖς φάραγξι διειλημμένην*.

ὑπεισρεούσης τ. θ.] Flor.: *ὑπεισρεούσαις τῇ θαλάττῃ*.

νομίσεις] Sic Vill. ex Parr., quibuscum consentit B. *νομίσαις* mrg. Par. III. A. Flor. Rom.

νῆσον] Cour. V. Gr. p. 195. coni. *νήσους*. Non male.

ἀλλὰ ἦν ταύτης τῆς πόλεως, τ. Μ., ὅσον ἀπὸ σταδ. διακ. ἀγρὸς ἀνδρὸς εὐδαίμ.] Sic dedi ex cod. A. Vulg.: *ἀλλ' ἐκ ταύτης τῆς π. τῆς Μ. ὅ. ἀ. στ. δ. ἀγρὸς ἦν ἀνδρὸς εὐδαίμ.*, quam lectionem ceteri libri exhibent praeter Urs., qui v. *ἐκ* omittit probante Schaef. Vocem *ἀλλὰ* ab eodem V. D. eiectam bene tuetur Jacobs. Vers. Germ. Etiam Cour. Vers. Gallic. p. 195. eam retinendam esse censet. —— Praepositionem expunxi cod. secutus auctoritatem. Sic enim Graeci solent. Noster infra p. 72. l. 14 *τῆς Μηθύμνης ὅσον ἀπὸ δέκα σταδίων στρατόπεδον βαλόμενος*. Diod. Sic. t. 1. p. 108 s. *ἀπὸ σταδίων ἑκατὸν καὶ εἴκοσι τῆς Μέμφεως*. p. 300. *ἀπὸ σταδίων ὀκτακοσίων τῆς Ῥώμης*. p. 301. *ἀπὸ τετταράκοντα σταδίων τῆς θαλάττης*. Strab. l. IX. t. III. p. 588. Tzsch. *ἀπὸ ἑξήκοντα σταδίων τῆς ἑαυτῶν πόλεως*. Et quod inprimis huc facit, Plutarch. Philop. t. II. p. 441. Hutt. c 4. *ἦν γὰρ ἀγρὸς αὐτῷ καλὸς ἀπο σταδίων εἴκοσι τῆς πόλεως*. *Ἀπὸ* spatium significans interdum fefellit viros doctos, ut Wesseling. ad Diod. S. t. I. p. 721. Sic intelligendum Philoxeni epigr. in Brunck. Anal. t. II. p. 58. ubi bene Reisk. Longus p. 76, l. 13. *μὴ γὰρ οὐκ ἦσαν ἀπὸ σταδίου γείτονες*; Schaef. p. 328 sq. Diod. S. t. II. p. 118. l. XVI. c. 46. *οἱ μὲν οὖν Πέρσαι κατεστρατοπέδευσαν ἀπὸ τετταράκοντα σταδίων τοῦ Πηλουσίου*. t. II. p. 249. l. XVII. c. 112. *καταστρατοπεδεύσας ἀπὸ σταδίων διακοσίων ἡσυχίαν εἶχε*. t. II. p. 287. l. XVIII. c. 40. *Περδίκκου στρατοπεδεύοντος ἀπὸ τριῶν ἡμερῶν ὁδοῦ*. t. II. p. 336. l. XIX. c. 25. *καταστρατοπεδεύσαντες δ' ἀλλήλων ἀπὸ σταδίων τριῶν· Reisk.* Anim. ad Gr. Auct. 1. p. 55. Schaef. mscr. Simili syntaxi Malalas t. II. p. 10. *πρὸ ὀλίγου διαστήματος τῆς πόλεως*. Hoc exempl. et alia huc facientia dedit *Reisk.* ad Const. Porphyr. p. 6. Boiss. Dion. Hal. Antiqq. Rom. t. I. p. 39. *ἀπὸ δὲ Ῥεάτου — ἡ Βατιεία μὲν ἀπὸ τριάκοντα σταδίων, Τίουρα δὲ ἀπὸ τριακοσίων*. p. 41, 3. *ἀπὸ δὲ σταδίων ἑβδο-*

μήκοντα Ῥεάτου Κοτύλία — p. 347, 13. — πόλιν, ἀπὸ τετταράκοντα σταδίων τῆς Ῥώμης κειμένην. p. 1809, 12. ὡς δὲ τήν τε πρώτην μάχην ἀπὸ σταδίων ὀκτὼ τῆς πόλεως ποιησάμενοι. — ἐνίκησαν. Geopon. p. 1243. καὶ ἐὰν ᾖ ἀπὸ σταδίων β'. et p. 1247. καὶ ἐὰν ᾖ ἀπὸ σταδίων ε'.

διακοσίων] Dutens prim. restituit e codd. Urs. et Flor. Accedunt AB et mrg. Par. III. εἴκοσιν vulg. Parr. et Amyot.

γήλοφοι κλημάτων] Par. III.: γῇ τροφὴ κλημάτων. — Vill. p. 12. comparat l. III. c. 27. βαλάντιον τρισχιλίων δραχμῶν ubi v. *Schaef.* Aptius comparavisset statim infra c. 2. λόχμη βάτων.

προσέκλυζεν ἠϊόνος ἐκτεταμένης ψάμμῳ μαλθακῇ] Ita dedi ex coniectura Brunckii, quae ceteris propius accedit ad optimi libri A lectionem: προσέβλυζεν ἠϊόνος ἐκτεταμένης ψάμμῳ μαλθακῆς. B: προσέκλυξεν . . . . μαλθακῆς. C. Urs.: προσέκλυζεν ἐπ' ἠϊόνος. Parr. et edd. vett.: προσέκλυζεν ἐν ἠϊόνι ἐκτεταμένης ψυχαγωγίας μαλθακῆς. mrg. Par. III.: ψάμμῳ μαλθακῇ. —— Iungerm. ψυχαγώγιον, quod tuetur Cuper. Obss. II, 14 et explicare tentat. Boiss.

CAP. II.

λόχμη βάτων] Ita A. Urs. Amyot. λόχμη κάτω B. λόχμη κάτω βάτων Parr. I. II. Iunt. λόχμη κατὰ βάτων Par. III. —— Toup. Em. in Suid. t. III. p. 298 legit: κατάβατος, *locus dumis et spinis obsitus*; et eiusdem formae esse dicit κατάβατον ac κατάσκιον, κατάκισσον et κατάδενδρον etc. quibus addo κατάκομον apud Philostr. ep. 64. p. 945. et κατάῤῥυτον bis apud nostrum prooem. c. 1. et l. II. c. 3. Vill. p. 14.

ἐγίνετο] ἐγινετο Par. III. - ἐγένετο Brunck. praetulit. Sine causa.

πεφυλαγμένως] πεφυλαγμένην ὡς Par. I. - πεφυλαγμένην Par. II.

πατοῦσα, τὸ δὲ] Eieci quod Schaef. de suo his verbis inseruit τὸ βρέφος, quum in nullo compareat libro, quamquam a Cour. receptum et a Geel. in Bibl. Cr. N. t. V. p. II. p. 246. probatum est, qui quidem id collocari vult post τὸ δὲ ell. c. 5.: τὴν μὲν διδοῦσαν εἰς ἄφθονον τοῦ γάλακτος ὁλκήν· τὸ δὲ παιδίον —. Idem quod Geel. sentit Iacobs. Vers. Germ. Larcher. idem post χηλαῖς interponendum esse putavit. Vill. iniu-

ria ex Gallicis Amyoti concludit, in eius cod. hoc verbum esse repertum; nota enim est in talibus interpretum licentia. Bene Brunck.: „Je crois inutile d'ajouter les mots τὸ βρέφος; qu'A-„myot n'a pas plus trouvé dans son ms., que tous les autres „interprètes, qui les ont exprimés dans leurs versions, quoiqu'ils „ne soient pas dans le Grec où ils sont élégamment supprimés, „parcequ'ils se trouvent peu de lignes auparavant. Le texte „est très clair; et ce seroit legater que d'y rien ajouter." Boiss.: „πατοῦσα absque regimine positum dici potest ut κο-„σμοῦσαι p. 3. Schaef. sic p. 8. διδοῦσαν loco prorsus simili." Adde c. 12. τοσοῦτον ἄρα ἡ δίκη μετῆλθε. c. 14. πόσαι μέλιτται κέντρα ἐνῆκαν – ἀλλὰ ἔφαγον. c. 16. ἔθρεψε. c. 31. ἐπέθεσαν. l. II. c. 23. ἐπιῤῥωννύουσα. l. III. c. 4. ὡς ἐφίλουν, περιέβαλλον. c. 7. προσηγόρευσαν καὶ κατεφίλησαν. c. 16. ἔχων. c. 17. fin. διδάξω, ad quem locum cf. Cour. ad Luc. Asin. p. 273. c. 18. ἀνίστησιν. c. 28. f. κατεφίλει. c. 34. ἐντίθησι. l. IV. c. 12. προσίετο. c. 20. κατέχειν. c. 23. περιέβαλλον, κατεφίλουν. Si quid esset addendum, αὐτὸ post πατοῦσα adderem. Sed ne hoc quidem est necessarium. Similiter erravit Lehmann. in Luciani Charont. c. 17. iure propterea vituperatus a novissimo huius dialogi editore *Iacobitz.* p. 62. Cf. *Schaef.* App. Dem. t. IV. p. 232. aliisque locis, qui notati sunt in Indice s. v. *Pronomen.*

τὴν ἐπιῤῥοήν] Par. I. om. τήν.

ἕλκον] Ad Eunap. p. 293. hunc τοῦ ἕλκειν usum adpositis exemplis illustravi Longi non oblitus. Athen. I, 17. [p. 10. a] τὸν χανδὸν ἕλκοντα αὐτὸν (τὸν οἶνον) βλάπτεσθαί φησι. Long. p. 8. εἰς ἀφθόνου τοῦ γάλακτος ὁλκήν. Cf. etiam p. 146. Boiss.

γάλακτος· θαυμάσας] Vulgo: γάλακτος· καὶ θαυμ. Delevi καὶ cum Cour. cod. A auctoritate, quum asyndeton, quo concisa et brevis Longi oratio abundat, huic loco sit aptissimum.

τῆς κατὰ τὴν ἔκθεσιν τύχης] Haud infrequens usus praepositionis κατὰ periphrasticus. Ex solo Diodoro Siculo exemplorum acervum congeras: in quibus sunt, quae librariorum manus interpolatrices senserint. Veluti l. IV. c. 13. vulgo recte legitur τῆς κατὰ τὸ σῶμα ῥώμης. Ibi e codd. bonae notae enotatum τῆς τοῦ σώματος ῥώμης. Cf. *Wessel.* t. I. p. 648. Add. *Elsner.* Observ. in N. F. t. I. p. 7. s. In *Fischeri* Animadv. ad Weller. III. 2. p. 190. s. diversa miscentur. Schaef. p. 329. sq.

Cf. inprimis *Boiss.* ad Nicet. p. 75. sq. et *Hase* ad Leon. Diac. p. 462. sqq.

χλαμύδιον] χλανίδιον ex A B Cour., quod quominus reciperem, fecit et locus libr. IV. c. 21. et quod haec vox aptior esse videbatur sequenti ξιφίδιον. Etiam Iacobs. eam retinuit.

ξιφίδιον ἐλεφ.] Huet. conferendos monet Lucian. Gall. p. 721. A. Heliod. l. II. Ovid. Metam. V, 422. Vill. p. 15.

CAP. III.

ἔπειτα αἰδεσθεὶς] Schaefer. suam de inserendo δ' sententiam retractavit Melett. p. 61. et ad Passow. Longi edit. p. 201.

εἰ παιδία τίκτουσιν αἶγες] Sic omn. edd. et mscc. libri praeter Par. III., qui habet εἰ καὶ π. Praeterea inseruit Schaef. ante αἶγες articul., quo facile possumus carere.

εὗρεν ἐκκείμ.] mrg. Par. III. εἶδεν. Librar. haud dubie hanc lectionem alteri εὗρεν substituere voluit.

ὁ δὲ] Sic dedi e coniect. Ceteri ὅδε. Cf. Lucian. Toxar. 25. τοῦ δὲ ἄπαγε λέγοντος—μὴ οὕτω μανείην, ὡς περιϊδεῖν σε νέον καὶ καλὸν ὄντα κόρῃ αἰσχρᾷ καὶ λελωβημένῃ συγκαταζευγνύμενον· ὁ δὲ—ἀπῄει. Aelian. V. H. l. XIII. c. 43. πυνθανομένου Θεμιστοκλέους τινὸς — ὅδε ἀπεκρίνατο. scr. ὁ δέ. l. XIV. c. 40. Θεοδώρου — ὑποκρινομένου τὴν Ἀερόπην σφόδρα ἐμπαθῶς, ὅδε εἰς δάκρυα ἐξέπεσεν. leg. ὁ δέ. Cf. *Boeckh.* in Plat. Min. p. 133. sq. et *Iacobs.* Praef. in Aelian. H. A. p. XXVI. sq. — edd. Cour. et Sinner. prorsus carent h. verbis nihil nec Courer. nec Sinnero annotantibus. — Ceterum confert Boiss. cum h. l. p. 50. ἡ δὲ αὐτῷ διηγεῖται πάντα, τὸν δρόμον — et p. 96. l. III. c. 25.

εἶδε τρεφόμενον] Sic ex Urs. et Flor. codd. prim. Boden. dedit; quibuscum facit A. Ceteri libri εὗρεν. B: ευρε. Rectissime Schaeferus: „Sophista hic variationem data opera videtur quaesivisse: πῶς εὗρεν, πῶς εἶδε, πῶς ᾐδέσθη." Probant etiam Brunck. et Boiss. qui haec habet: εἶδε] Haec lectio firmatur narratione sequenti, ubi eadem est antithesis p. 9. τῇ γυναικὶ διηγεῖται τὰ ὀφθέντα, δείκνυται τὰ εὑρεθέντα."

CAP. IV.

διϊκνουμένου] Urs. διηνυσμένου.

τὰ ἔνδοθεν] Vill. ex Par. III. τὸ ἐνδ.

τὰ ἔξωθεν] Sic Cour. prim. ex A B. Ceteri om. τά.

Νυμφῶν αὐτῶν] Hanc ab omnibus libr. msct. munitam lectionem incassum vexaverunt Wassenberg. Diss. de Nom. pr. §. 20., qui coniecit αὐτόλιθα et Cour., qui voci αὐτῶν substituendum censuit aut αὐτοῦ, aut ἐν αὐτῷ. Ceterae coniecturae non dignae sunt quae commemorentur.

λίθοις] λίθου usitatius est: non item necessarium. Suidas t. II. p. 351. κοροπλάθοι. οἱ τοὺς κόρους πλάττοντες κηρῷ ἢ γύψῳ. ubi non audiendus Kusterus. Vid. *Ruhnk.* ad Tim. p. 166. Pausan. p. 403. Ὅσον δὲ τοῦ ἐδάφους ἐστὶν ἔμπροσθεν τοῦ ἀγάλματος, τοῦτο οὐ λευκῷ, μέλανι δὲ κατεσκεύασται τῷ λίθῳ Schaef. p. 331. et 455. Cf. Lex. Gr. Tittm. c. 412. s. v. Βυζάντιον. Βυζάντιον — τετείχιστο γενναίῳ τείχει πεποιημένῳ μυλίτῃ λίθῳ. Homer. Odyss. XIX, 563. *Kuster.* ad Suid. I. p. 460. Schaef. Msct. Cf. *Bast.* Ep. Crit. p. 67. sq. *Schweigh.* Lex. Herod. s. v. ἀσκέειν 2).

πεποίητο] Sic Cour. ex A. Ceteri ἐπεποίητο.

χεῖρες εἰς ὤμους] brachia ad humeros usque. Sic saepe χείρ. quam significationem mireris in Lexicis vulgaribus fere negligi. Hesiodus Theogon. 150. τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων ἀΐσσοντο. Euripid. Bacch. 1114. λαβοῦσα δ' ὠλέναις ἀριστερὰν χέρα. 1152. ss. ἐν αἵματι στάζουσαν χέρα περιβαλεῖν τέκνου. Plutarch. Mor. T. I. p. 560. Wytt. ἡ Θεανὼ παρέφηνε τὴν χεῖρα. ubi mox de eadem parte πῆχυς dicitur. Tetigerunt Galeus et Schneiderus ad Demetr. Phaler. init. Facius ad Pausan. T. II. p. 178. Wesselingius ad Herodot. p. 161. Vid. inprimis *Larcherum* ad Herodot. T. II. p. 398. s. Schaef. p. 331. Add. *Boiss.* ad Nicet. p. 51. —— Ceterum affert Vill. h. l. locum Xen. Ephes. I. p. 3. a Dorv. ad Char. p. 361. cum nostro comparatum: ἐσθής, χιτὼν ἁλουργής, ζωστὸς εἰς γόνυ μέχρι βραχιόνων καθειμένος.

ζῶμα περὶ τὴν ἰξὺν] Forte hic ob ὁμοιοτέλευτον, quod Long. consectari amat, legendum: ζῶμα περὶ την ὀσφύν, μειδίαμα περὶ τὴν ὀφρύν. Vill. p. 306.

μειδίαμα περὶ τὴν ὀφρύν] Le front n'est pas le siége du sourire. D'ailleurs il est question de décrire l'ornement, la draperie ou l'habillement des statues. Le texte pourrait bien être corrompu. Brunck.

τὸ πᾶν σχῆμα] In simili descriptione Ach. Tat. l. I. c. 1.

[p. 4, 25. Iac.] τὸ σχῆμα ταῖς παρθένοις χαρᾶς καὶ φόβου. . . κόμαι κατὰ τῶν ὤμων λελυμέναι . . . τὸ ζῶσμα μέχρι γόνατος ἀνεῖλκε τὸν χιτῶνα, ubi pro ζῶσμα forte quis legat ζῶμα, auctoritate innixus Thom. Mag. p. 411. et Moer. Attic. p. 168. [at vide Iacobs. p. 399.] Ach. Tat. frequenter utitur voce σχῆμα eodem sensu, quo hic apud Long. ut l. II. p. 116. de Amore: ὁρᾷς αὐτοῦ ὡς ἔστι στρατιωτικὸν τὸ σχῆμα. et l. III. p. 260. τὸ δὲ ἄλλο σχῆμα δείκνυσι τὸν πόνον. Vill. p. 17. sq.

χορεία ἦν ὀρχουμένων] ὀρχουμ. nolim pro glossemate habere. Bene iungitur cum χορεία, nomine affinis quidem significationis, sed tamen diversae. Aristophanes Plut. 761. ὀρχεῖσθε καὶ χορεύετε, ubi v. *Kuster*. Schaef. p. 331. sq. — Brunck. haec verba corrupta esse opinans scribi vult: τὸ πᾶν σχῆμα ὀρχουμένων ἐν χορείᾳ.

ἡ ὤα τοῦ ἄντρου τέ] Sic omn. codd. nisi quod in Par. III. lineola v. ὤα subiecta indicatur tollendum esse hoc verbum. Wyttenb. coniecit: χορεία ἦν ὀρχουμένων κατὰ τοῦ ἄντρου. τῆς μὲν πέτρας πηγὴ ἦν τὸ μεσαίτατον. Toll. στόμα pro ἡ ὤα. Cour.: εἴσω τοῦ ἄντρου πηγή τις ἦν, τῆς μεγάλης πέτρας ἵνα τὸ μεσαίτατον. ἐκ δὲ τῆς πηγῆς ὕδωρ ἀναβλύζον etc. Brunck. locum insanabilem esse dicit. F. Iacobs. partim ex Cour. partim ex sua coniectura sic locum constituit: εἴσω τοῦ ἄντρου, ὃ τῆς μεγάλης πέτρας ἦν τὸ μεσαίτατον, πηγή τις ἦν· ἐκ δὲ της πηγῆς ὕδωρ etc. —— Si recte habet (ὤα), est *ora*, *margo*. Sic et affine nomen τὸ λῶμα usurpatur. Macrob. in Somn. Scip. l. I. c. 18. *Postquam ille demersus est, ipsa coeli marginem tenet.*, quae sic vertit Max. Planudes in ms. penes C. F. Matthaeum: ἡνίκα δ᾽ ἂν ἐκεῖνος δύνῃ, καὶ αὐτὴ τὸ τοῦ οὐρανοῦ λῶμα κατέχει Schaef. p. 332. In explicando hoc loco prorsus facio cum *Lennio*, quem hic citavit Boiss., in Matthiae Miscell. t. I. p. 174. sq. Cf. Phot. Lex. p. 657, 21. Pors. Ὦα: μηλωτή· διφθέρα· καὶ τὸ λῶμα τοῦ ἐνδύματος περὶ τὸν πέζαν· ἢ τὸ περιστόμιον. De primaria huius vocis significatione cf. *Coraës* ad Heliod. p. 117. *Bachmann.* Anecdd. t. l. p. 395, 7.

ἐκ δὲ πηγῆς] Ante Schaefer. legebatur ἐκ δὲ τῆς πηγῆς, qui vir doctissimus quod eiecerit articulum, iniuria vituperatus est a Passowio. Confirmatur enim haec emendatio a cod. A, qui habet ἐκ πηγῆς. —— Cf. *Van Goens* Dissert. Homer. ad Porphyr. p. XXXII. Boiss.

αὐλοὶ πλάγιοι] Infra p. 132. l. 16. *τῷ Πανὶ (ἀνέθηκε) τὴν σύριγγα καὶ τὸν πλάγιον αὐλόν.* Heliod. l. V. c. 14. p. 191. Cor. [quem v. p. 179.] *παιδαρίσκος ἐποίμαινε πρόβατα, χαμαιζήλῳ μὲν πέτρᾳ πρὸς περιωπὴν ἐφεστὼς, τὴν δὲ νομὴν τῇ ἀγέλῃ πλαγίοις αὐλήμασι διατάττων.* Vertitur: *obliqua tibia.* Paullo melius in edit. Comm. *obliquis tibiae cantibus.* Immo: *obliquae tibiae cantibus. πλάγια αὐλήματα* poetice dictum: i. q. *πλαγιαύλου μέλος* [sive ut dicit Lucian. Ver. Hist. l. II. c. 5. *αὐλήματα τῶν πλαγίων αὐλῶν.*] Bion. III, 7. *ὡς εὗρεν πλαγίαυλον ὁ Πάν.* Philodem. Epigr. XXII: *καὶ πλαγιαύλων γεύσατε.* SCHAEF. p. 332. sq. — Villois. citat *Warton.* ad Theocr. Id. XX. v. 29. p. 232.

CAP. V.

νυμφαῖον] De Nymphaeis cf. *Vales.* ad Ammian. Marcell. XV, 7. *Van Goens* Diss. Hom. ad Porphyr. 6, 7. *Chandler.* Itiner. c. 82. BOISS.

οἷς] Ante Vill. legebatur *ὅις.* V. *Sinner.* ad h. l. p. 170 sq.

καταστῆσαι] Post hanc vocem addidit Schaef. *ὁ Δρύας* de coniectura. Quod additamentum, quum nondum de eius necessitate mihi sit persuasum, quoniam subiectum huius enunciati nemini potest esse ignotum, qui legerit antecedentia, non dubitavi eiicere; praesertim quum, etiamsi tale quid requireretur, locus, quem initio tenuerit, vix certo possit definiri. Sic Dion. Hal. de Thuc. iud. p. 826. R. c. IX. §. 1. *ἃ δ' ἐλλιπέστερον κατεσκεύασε περὶ τὸ τεχνικώτερον ἐστὶ τοῦ τεχνικοῦ* nihil ad *τεχνικοῦ* excidisse puto, quum *τόπος*, quod requisivit Krueger., c. VIII. §. 3. praecedat.

τῇ πέτρᾳ] Vill. coni. *τῇ μὲν πέτρᾳ.* Male.

συλληψόμενος] Sic prim. Vill. e Parr. I. II., quibuscum faciunt A B. Vulgo *λη(ψ)όμενος.*

διψῶσαν] Excidisse putat Schaef. *παιδίῳ* bene refutatus a Passowio h. ad l.

γάλακτος ὁλκὴν] Sic supra c. 2. *ἐκ μητρῴας θηλῆς τὴν ἐπιῤῥοὴν ἕλκον τοῦ γάλακτος.* VILL. p. 19.

ἀκλαυτὶ] Sic A Flor. Urs. Vulg. *ἀγκλαυτί* mrg. Par. III. B: *ἀκλα.-τ.* Parr. *ἀκλαγγί.*

σπάργανα, γνωρίσματα] Malim ex his vocibus unam tantummodo legi; et priorem quidem; sic esset paritas inter utram-

que narrationem. p. 6. [Sch.] ἐν σπαργάνοις, dein κομίζει τὰ γνωρίσματα. Nunc autem: παρέκειτο σπάργανα, μίτρα . . dein ἀποτίθεσθαι τὰ γνωρίσματα. Boiss.

C A P. VI.

εὕρημα] Sic prim. Moll. Vulgo εὕρεμα, quod etiam Parr. exhibent. Cf. *Lobeck* ad. Phryn. p. 445. sq.

διδασκόμενος παρὰ τῆς οἰὸς] Cf. c. 3. αἰδεσθεὶς, εἰ μηδὲ αἰγὸς φιλανθρωπίαν μιμήσεται. Vill. p. 20.

πήρας] Nescio quid acciderit librar. cod. III. Par., qui ad marg. πέτρας adnotaverit.

ἱκέτιν] Parr. ἱκέτην; correctum in mrg. III. Par. et Iunt. typoth. errore.

εὑρεθέντα] εὑρηθέντα Iunt. typoth. errore.

νομίζειν] Huet. et Vill. coniec. κομίζειν: quorum tamen posterior retineri posse censet νομίζειν his exemplis allatis: Xen. Eph. l. IV. p. 63. παῖδα ἐνόμιζεν αὐτοῦ καὶ ἠγάπα διαφερόντως. Heliod. l. II. p. 117. ἐμαυτοῦ θυγατέρα καὶ ἐνόμιζον καὶ ὠνόμαζον. —— Conon c. 44. τήν τε αἰχμάλωτον γυναῖκα ἐνόμισε, καὶ τὸν παῖδα αὐτῆς ἔθετο. Interpres Lat.: *captivam mulierem magna cura nutrivit.* Gedoynus nostras qui a Latinis pendet: *il eut grand soin de la mère.* Male uterque. Verterim: *et captivam pro coniuge habuit.* p. 24. Cour. c. 15. ἐντεῦθεν δὲ φίλος νομιζόμενος. Boiss.

ὡς ἴδιον τρέφειν] Sic Conon. Narrat. 19. p. 258. Gal. de Lino exposito: καὶ ὁ δεξάμενος ποιμὴν ὡς ἴδιον ἀνέτρεφε. Vill. p. 21.

ἐφίλει τὸ παιδίον, — δεδοικυῖα] Malam Villoisoni interpunctionem: καὶ ἐφίλει τὸ παιδίον· ὥσπερ δεδοικυῖα correxit Brunck. eadem ratione, qua in Schaeferi et hac editione verba seiuncta sunt.

ὥσπερ ὑπὸ τῆς οἰὸς] Vulg. [et omn. edd.] ὥστε ὑπὸ τ. ο. Coniecit ὥσπερ Vill. Eadem confusio in Sophocl. Trachin. 531. et Theocr. Adon. 73. Non ferendum ὥστε hoc sensu usurpatum in Longo similibusque scriptt. Etenim ὥστε pro ὥσπερ est Atthidis veteris Iadisque: item poëtarum. Herodot. p. 428. l. 54. ὥστε τὰ περιέσχατα νεμομένου τοῦ πυρός. p. 675. l. 8. ὥστε ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ἐπεόντων συχνῶν Περσέων. p. 710. l. 72. e codd. leg. ὥστε φυλασσόμενος ὑπὸ φυλάκων.

Alia huius confusionis exempla dabunt *G. O. Reis.* in Glossar. Theophil. p. 1301. b. et *Porson.* ad Eurip. Med. p. 84. Schaef. p. 333 et 460. Similiter Reisk. Polyb. T. 4. p. 402. recte mutavit ἄλλωσπερ in ἄλλως τε. Schaef. Msct. Adde *Schaef.* ad Schol. Apoll. Rhod. p. 30. *Boiss.* ad Marin. p. 127. et *Schaef.* p. 158. Idem vitium commaculavit Diog. Laert. l. X. §. 18. recte correctum a *C. Iacobitz.* t. II. p. 744. ed. Hübn. Ceterum pro ὥστε coni. Brunck. h. l. ὡς.

C A P. VII.

ἐξεφαίνετο] Sic prim. Cour. ex A. — Ceteri ἐφαίνετο.

κάλλος . . . κρεῖττον ἀγροικίας] cf. l. III. p. 85. Sch. ἀγροικίας ἁβρότερον. l. IV. p. 125. καλόν τε ὄντα καὶ ἀγροικίας κρείττονα. Boiss.

ἤδη τε ἦν ὁ μὲν] Sic Cour. ex A B, quibuscum faciunt Flor. et Urs., Parr. l. II.: ἤδη ἦν ὁ μέν. Vulgo ἤδη οὖν ὁ μέν. — Quod Schaef. interposuerat ἦν, id retractavit Melett. Crit. p. 44. ubi v. et Passow. eiecit. Cf. *Iacobs.* ad Achill. Tat. p. 981. sq. Lucian. Asin. c. 34. ὁ δὲ νομεὺς τῶν ἵππων κἀμὲ παραλαβὼν καὶ πάνθ᾽, ὅσα δυνατὸς ἦν, συλλαβὼν ἐπεκατέδησε τοῖς ἵπποις. Dele ἦν auctoritate optimorum librorum.

τοσούτων δυοῖν ἀποδεόντων] τοσούτων ex emendatione Iungermani profectum confirmatum est a Parr. l. II. A B. — Par. III. et Flor. τοσούτοιν. — ἀποδεόντων, pro eo quod in verbis erat ἀποδεόντοιν recte me correxisse, patet ex his quae *L. Dindorf.* dedit ad Xenoph. Hellen. l. I. c. 1. §. 5. edit. stereot. — In verbis interpungendis secutus sum Cour., nisi quod comma ego, ille colon posuit. — καὶ sat frequens in apodosi enuntiatorum temporalium. V. *Winckelmann.* ad Platon. Euthydem. p. 11. b. qui inter alios locum nostro simillimum affert.

τοιόνδε τι. τὰς Νύμφας ἐδόκουν] Sic scripsi assentientibus Brunck. et Geel. N. Bibl. Cr. t. V. p. II. p. 246. sq. ex B Par. I. Urs. ad quorum codd. lectionem etiam A accedere videtur, qui habet τοιόνδετι τὰς Νύμφ. ἐδ., eamque scripturam probavit Cour. in Addendis p. 189 *). — εἶναι

*) Aliter statuit in Annot. ad Vers. Gall. p. 202. „Le texte de Colombani porte: εἶναι ἐδόκουν τὰς Νύμφας. Brunck. veut qu'on supprime εἶναι, qui manque en effet dans le manuscrit de

vulgo et Parr. II. III. Wyttenb. et Vill. coniecerunt ἰδεῖν, quod a deinde Cour. est receptum et a Sinnero probatum. Sed facile est credibile, librarium, qui saepius se legere meminisset δοκεῖν ὁρᾶν, glossam ἰδεῖν margini adlevisse, quae postea in ipsa scriptoris verba translata in εἶναι facile transire potuit. δοκεῖν de iis, qui in somnio aliquid conspiciunt, usurpatum est in l. IV. c. 34. p. 140. S. ὄναρ δὲ Διονυσοφάνει τοιόνδε τι γίγνεται. ἐδόκει τὰς Νύμφας δεῖσθαι τοῦ Ἔρωτος et q. s. Heliod. l. I. c. 18. p. 36. ὄναρ αὐτῷ θεῖον ἔρχεται τοιόνδε· κατὰ τὴν Μέμφιν τὴν ἑαυτοῦ πόλιν τὸν νεὼν τῆς Ἴσιδος ἐπερχόμενος λαμπαδίῳ πυρὶ τὸν ὅλον ἐδόκει καταλάμπεσθαι. Qui loci huic sunt simillimi. Cf. etiam *Wyttenb.* ad Plutarch. de S. N. V. Op. t. III. p. 370. ed. Ox. t. II. p. 248. ed. Lips.

τὸν Δάφνιν] Articulum, quem iam Vill. desideravit, restituit Cour. ex A B. Non est igitur, quod cum Brunck. articul. ante Χλόην tollas.

ἔχοντι] Omnes edd. praeter poster. Par. φέροντι. Anacreon quidem dixit Od. XLIV.

Ἐδόκουν ὄναρ τροχάζειν
Πτέρυγας φέρων ἐπ' ὤμων.

Et Od. III. v. 16. Amorem sic depinxit:

βρέφος μὲν
Ἐσορῶ, φέροντα τόξον
Πτέρυγάς τε καὶ φαρέτρην.

Sed in hoc Longi loco φέροντι cum πτερὰ ἐκ τῶν ὤμων stare non potest, quod statim infra sequatur βέλη σμικρὰ φέροντι; unde recte Dutens e codd. Parr. in textum reposuit ἔχοντι pro φέροντι. Sic paulo infra c. 8. θύσαντες τῷ τὰ πτερὰ ἔχοντι παιδίῳ, ut infra l. II. c. 6. de hoc eodem puero: εἶδον αὐτοῦ καὶ πτέρυγας ἐκ τῶν ὤμων. Huet. conferendum monet Eustath. Eroticor. l. III. p. 65. Amyot. autem in suo

---

Florence. Mais celui de Rome mérite bien plus de confiance, et on trouve, à la place du mot εἶναι, un blanc, qui veut dire que le copiste n'a pu lire en cet endroit son original." Courer. aut permutavit codices suos hac in adnotatione aut in editione non accurate indicavit. Quod enim hic dicit habere A (Flor.), id illic in B (Romano) legi perhibet, quod illic in B contra, hic in A.

cod. videtur invenisse πτερὰ ἔχοντι; vertit enim: *lequel avoit* (ἔχοντι) *des ailes aux epaules et portoit* (φέροντι) *de petites flèches avec un arc.* Vill. p. 23. sq

C A P. VIII.

ἤχθοντο μὲν οἱ ποιμένες εἰ ἔσοιντο καὶ οὗτοι αἰπόλοι] Omn. edd. ante Villoisonum καὶ ἴσως οὗτοι. ἴσως delevit Vill. ex Parr. I. II. Flor. et Urs. prob. Brunck. ἤ. μ. οἱ ποιμένες εἰ ἔσοιντο καὶ αἰπόλοι A B. Locum esse corruptum satis demonstrat codd. diversa scriptura et verborum sententia. Non enim potuit scriptor utrumque infantem αἰπόλον vocare, quum paucis verbis interpositis τὸν μὲν τὸ αἰπόλιον, τὴν δὲ τὸ ποίμνιον pascere dixisset. Quam quidem difficultatem Vill. sentiens tentavit: ἤχθοντο μὲν εἰ ἔσοιντο καὶ οὗτοι ποιμένες καὶ αἰπόλοι, quod probavit Geel. N. Bibl. Crit. t. V. p. II. p. 247. Cour. coniecturam suam a Sinnero probatam: εἰ ποιμένες ἔσοιντο καὶ οὗτοι recepit. Fortasse scripsit Longus: ἤχθοντο μέν, ποιμένες εἰ ἔσοιντο καὶ αἰπόλοι. Illud οὗτοι non dubito quin sit librarii alicuius commentum (sic statuit etiam Cour. Vers. Gall. p. 202. sq.), qui sententiae verborum succurrere voluerit; quae quidem opinio etiam voce ἴσως videtur firmari, quae olim locum habebat in verbis. Iacobs. Vers. Germ. h. l. coniecit: εἰ ποιμένες ἔσοιντο καὶ οὗτοι καὶ αἰπόλοι.

δι' ἣν] Flor.: δι' ὃ καί. Urs.: διὸ καί. Cour. coniecit: ἡ καὶ αὐτούς. καὶ haud scio an genuinum et reponendum sit. Saltem optime verbis convenit.

ἅμα ταῖς ἀγέλαις] Deest in Parr. In III. tamen mrg. est adscriptum.

πῶς νέμειν] Nondum locus ex omni parte sanatus est, quod ex codd. lectione apparet. πῶς ἐπιμένειν A; idem videntur Flor. et Urs. exhibere quamquam Villois. hos libros, sicut mrg. Par. III. ἐπιμένειν, servato δεῖ, pro νέμειν exhibere dicit. — πῶς ἐπινέμειν B. Vulgata, quam etiam Geel. Bibl. Cr. N. t. V. p. II. p. 247. vitiosam habet, est: πῶς δεῖ νέμειν. Cour. ex coniect. dedit ποιμαίνειν.

καλαύροπι] Pariter scribitur καλάβροψ et καλαύροψ. De quo v. *Lennep.* ad Coluth. l. I. c. 15. ubi et hunc nostri locum profert et adeundum monet Festum de lat. voce *pedum.* Vide

et *Dorvill.* ad Char. p. 45. [226 ed. Lips.] et ad Coluth. v. 107. p. 35. Lenn. Cf. et *Gaulmin.* ad Theod. Prodrom. p. 177. At merito *Hemsterh.* ad Lucian. t. I. p. 257. antiquiorem orthographiam *καλαύρωψ* esse iudicavit. VILL. p. 25. Vid. *Wellauer.* ad Apoll. Rhod. l. IV. v. 974.

ἄγουσα] Flor. Urs. et mrgo Par. III. *ἀναφέρουσα*, quod miror doctissimo Ursino placere potuisse, cum *ἀναφέρουσα* hic sit glossa τοῦ *ἄγουσα*, cumque eleganter apud Thucyd. Demosth. aliosque dicatur *αἰτίαν τινὸς ἐπί τινα ἄγειν*. Demosth. *κατ. Μειδ.* p. 548, 18. Reisk. *τοῖς ἐπ' ἐκεῖνον ἄγουσι τὴν αἰτίαν τοῦ φόνου*, pro quo frequentius *ἐπάγειν*. Id. *περὶ στεφάνου* p. 275, 4 et 22. *αἰτίαν ἐπάγω τούτῳ ψευδῆ*, quod et usurpat *κατὰ Μειδίου* p. 550, 22. et 552, 2. Et ibid. p. 548, 24. *κακὸν ἀδίκως ἐπάγει τῳ*. VILL. p. 26.

CAP. IX.

Ἦρος ἦν ἀρχὴ] Cum hac veris descriptione cf. suavissimum Meleagri Id. CX. p. 31. t. I. Anal. Brunck. VILL. p. 26.

κατῇδον] Par. III. *κατεῖδον*. Egit de hoc l. Wakefield. ad Soph. Trachin. 1221. ita tamen, ut multa moliendo nihil expediat. *κατᾴδειν τόπον* est *ᾄδειν κατὰ τόπον* i. e. *ἐν τόπῳ*. Charit. p. 3. *ὑμέναιος ᾔδετο κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν*. SCHAEF. p. 334. Vill. p. 307. citat Aelian. V. Hist. l. III. c. 1. *κατᾴδουσι δὲ καὶ ὄρνιθες, ἄλλῃ διεσπαρμένοι καὶ μάλιστα οἱ μουσικοί*. Cf. *Iacobs.* ad Ael. H. A. t. II. p. 38.

εὐωρίας] Sic reposui e Parr. I. II. marg. Par. III. Flor. Urs., Ursino et Iungerm. iure ac merito probantibus hanc unice veram codd. lectionem, quam pro sua emendatione venditat Moll. Male hucusque et nullo sensu in omn. edd. *εὐωδίας*. Error inde natus, quod minus intellecta fuerit vox *εὐωρία*, quam sic recte interpretatur Hesych.: *Εὐωρία, ὀλιγωρία*. Vide eund. et in *Εὔωρος γῆ* et in *Εὔωρος γάμος*, ubi *Εὔωρος* explicatur *ὀλίγωρος*. Cf. et Suidam in *Εὔωροι*. Idem Suid. *Εὐωρία, ψιλῶς, τὸ μὴ πάνυ φροντίζειν, ἀλλὰ ῥᾳθυμότερόν πως ἔχειν*. [Sic etiam Photius p. 39, 5. *Pors.*] Hesych. *Εὐωριάζειν, ὀλιγωρεῖν, μὴ ἔχειν φροντίδα*: et *Εὐωρεῖν, τὸ μηδενὸς ἔχειν λόγον, ἢ μηδενὸς φροντίζειν*. Unde, cum idem infra habeat *Εὔωρος, καταφρονητικὸς ἢ φροντιστής* leg. *ἢ μὴ φροντιστής* ut apud Etymol. M. videndum in *Εὔωρος*, p. 401. *Εὔωρος, ὁ μὴ φροντί-*

ζων, ἐξ ου καὶ εὐωρία, η ὀλιγωρία καὶ ῥαθυμία, quorum contraria πολυωρία, πολυωρεῖν, πολυωρητικός. Apposite Hesych. et Suid. Εὐωρῶ interpretantur παίζω, ut paulo infra c. 11. de iisdem εὐωρίᾳ κατεχομένοις dicitur: τοιαῦτα δὲ αὐτῶν παιζόντων (quod idem ac εὐωρούντων) τοιανδε σπουδὴν ὁ Ἔρως ἀνέπλασε, ubi vides τὴν σπουδὴν opponi τῇ παιδιᾷ, τῇ ὀλιγωρίᾳ, seu εὐωρίᾳ. Vill. p. 27.

οἱ ἁπαλοὶ καὶ νέοι] Sic prim. Vill. ex Parr. I. II. Flor. et Urs., quibuscum faciunt A B. Vulgo: οἱ παλαιοὶ καὶ νέοι — Vill. praeterea coniecit: οἵδε, quod recepit Cour., et οἱ δὲ, quod amplexus est Iacobs. — Vitium sensit Cour., non sanavit. Scribo οἷα ἁπαλοὶ καὶ νέοι, μιμηταὶ etc. Litera initialis vocis ἁπαλοὶ ultimam absorpsit vocis οἷα: quod genus corruptionis est frequentissimum, ut norunt omnes. Inde emendandus Const. Porphyrog. Cerem. I. c. 75. p 215. D. βίκτωρ φατζία σέμπερ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον: νικοποιὸς ἧς πάντοτε. Lego β. φατζίας σέμπερ , i. e. *victor facias semper*. Boiss. Utriusque viri docti coniecturae sunt valde speciosae, non tamen necessariae. Bene sententiam expressit Passow.: *Da die schöne Jahreszeit alles erfreute, ahmten auch sie, die Jugendlichen, Reizenden jegliches nach, was sie hörten und sahn.*

ἔβαλλον] Par. III: ἔβαλον.

ἐπέφερον] Sic Cour. ex A. — Vulgo: ἔφερον, quod retineri vult Boiss.

CAP. X.

προσλιπαρήσαντος] Cf. de hoc verbo *Wyttenb.* ad Plutarch. t. I p. 325. sq.

ἀθύρματι] Sic prim. Vill. Vulg. ἀθύρμ. et in sqq.

ἀνθερίκους] Ita ex Huetii coni. editores. — Vulg. et Parr. ἀνθερίσκους. Cour. quum nihil notaverit, verisimile est in suis libris reperisse ἀνθερίκους. Villois. citat *Arnaldi* Lectt. Gr. l. I. c. 3. p. 14 sq. et in Add. p. 307. *Lamb. Bos.* Observ. Crit. p. 40. Adde *Wyttenbach.* ad Plutarch. t. II. p. 969. *Scholiast.* ad Theocrit. Id. I. v. 52. Alciphro. l. III. ep. 12. Hesiod. fragm. II. et quos citat *Schweighaeuser.* in Lex. Herod. s. v. ἀνθέριξ. Scripturam ἀνθερίσκος non prorsus esse damnandam demonstrat Grammaticus apud Bekk. Anecdd. p. 403, 15. Ἀνθερίσκος ὁ καυλὸς τοῦ ἀσφοδέλου.

ἀνελομένη ποθὲν ἐξελθοῦσα] Sic vulg. A. mrg. Par. III. et fortassis Flor. et Urs. Sed Parr. et B om. ἐξελθοῦσα, unde Cour., uti Iacobs. in Germanicis, eiecit. — Schaef. ex Valcken. Annotat. Critt. in N. F. p. 330. s. e coniectura dedit: ἠῶθεν ἐξ. Etiam quod a Cour. acutissime coniectum est: ἀνελομένη ἐξ ἕλους, non tam vere quam speciose excogitatum esse arbitror, quum bene possint verba intelligi ea ratione, qua in Latinis excudenda curavi. Nec aliter Passow. in Germanicis. De ποθὲν ita posito cf. *Passow*. ad Xenoph. Ephes. p. 69.

ἀκριδοθήκην] E Flor. Urs. A in verbis reposui iam Ursino probatam vocem, quam *Meineck*. apud Theocr. Id. I. v. 52. ex opt. libris revocavit. Cf. ad Theocr. locum *Mein*. p. 144. Legebatur ἀκριδοθήραν, vox nihili.

ἔπλεκε] B: ἀνέπλεκε.

διαφυὰς] Xenoph. Anab. V. 4. 29. κάρυα — οὐκ ἔχοντα διαφυὴν οὐδεμίαν. quem locum tractat, sed parum feliciter, Wakefield. Sylv. Crit. IV. p. 67. Diodor. Sic. t. I. p. 181. τῆς γὰρ γῆς μελαίνης οὔσης τῇ φύσει, καὶ διαφυὰς καὶ φλέβας ἐχούσης μαρμάρου. p. 347. αὕτη δὲ πετρώδης οὖσα, διαφυας ἔχει γεώδεις. Idem est ἡ διαφυὰς, ab H. Stephano omissum, suppletum a D. Scotto: vocabulum rarius, sed boni commatis, quod sero agnovit Wessel. ind. ad Diod. Sic. s. v. Schaef. p. 335. Vill. citat Plat. Phaed. p. 263. Forst. ὀστέων διαφυάς.
ους

ἀλλήλους] Parr. I. II. ἀλλήλας. III. ἀλλήλας. unde Dutens et Vill. receperunt. Sed recte revocavit Schaef. vulgatam a cett. libris confirmatam lectionem ἀλλήλους.

ἐμελέτησε] Sic. e Parr. restituit Dutens. Vulgo ἐμελέτα, quod et ipsum non falsum

εἰς κοινὸν ἔφερον] La repétition du mot ἔφερον est choquante et disgracieuse. Je ne puis pas me persuader qu'elle soit de l'auteur. Il a pu écrire ὡς οἴκοθεν ἔλαβον ou bien εἰς κοινὸν ἔθεντο ou ἐτίθεντο. C'est ce dernier, que je préfererois. Brunck. Geel. N. Bibl. Cr. p. 248. vult: εἰς κοινὸν ἔφαγον.

αἶγας] Sic emendavit Schaef. — Vulg. et in omnibus libris ἀγέλας. Eadem confusio invenitur cap. 13. ubi pro τὰς αἶγας ἐπεσκόπει, in A legitur: τὰς ἀγέλας ἐπεσκόπει.

CAP. XI.

Ἐρῶς] Villoisonum ὁ Ἔρως conicientem refutavit Schaef. h. l.

ἀνέπλασε] Par. III.: ἀνέλαβε: Flor. et Urs.: ἐνέκαυσε. mrg. Par. III: ἀνέπλασε ἢ ἐνέκαυσε. — Amyot: *Amour leur dressa à bon escient une telle embûche.*

σκύμνους νέους] Posteriorem vocem pro glossemate habet Passow. improbante Erfurdtio; cf. Pass. ed. praef. XLI., ubi praeter locum Eurip. Bacch. 289. νέον βρέφος haec ipse attulit exempla: Oppian. Cyneg. 3, 99. σκύμνους νεοθηλέας et 119. νεαροὶ νεοσσοί. Similia sunt: Longus p. 91. Sch. πῶλος αὐλῶν. Eurip. Electr. v. 286. ἀρχαῖος γέρων. Lucian. Amor. c. 21. ἀμφίβολον αἴνιγμα. Navig. c. 6. μικρὸς ἀνθρωπίσκος. Aristaen. l. I. ep. 11. κάλλος καλόν. Heliod. l. IX. c. 10. ἄρρητος σιγή. Schol. Apoll. Rhod. p. 183. Sch. δράκαινα θήλεια. [Aristoph. Plut. v. 147. μικρὸν ἀργυρίδιον. Lucian. Anach. c. 38. τὸ μικρὸν ξιφίδιον. Vid. *Hermann.* ad Luc. De Constr. Hist. c. 4. p. 26. *Sintenis.* ad Plut. Cat. Mai. p. 60. b. *Car. Icbtz.*]

ἐκ τῶν — ποιμνίων] Passow coni.: ἐκ τῶν ποιμνίων τῶν ἄλλων πλήσιον ἀγρῶν.

πολλὰ ἥρπαζε.] Sic scripsi ex A. Flor. Urs. mrg. Par. III. — Vulgatum πολλάκις, quod exhibetur a cett. codd. magnum quidem habet ex Palaeographiae rationibus munimentum cf. *Bast.* Comment. Palaeogr. p. 842.; ego autem in talibus optimos quosque sequendos duco libros. — Cour. coniecit πολλὰ πολλάκις, in quam sententiam iam Vill. inciderat.

σιρούς] Ita edendum fuit ex Parr. I. II. Ceterum c. 15. exhibet etiam A. hanc vocem uno ῥ scriptam; v. etiam c. 12 — Pariter scribitur σιῤῥός, σιρός, σειρός. Unde immerito *Is. Vossius* ad Hesych. v. Σιροῖς putavit apud Suidam male dici Σιῤῥός. Cf. eundem Hesych. et in Σιρούς, ac praesertim in Σειροί, ubi recte *Hemsterh.* huiusce vocis originem ex oriente repetit, quippe quam barbaram esse constet e Curtio sic loquente l. VII. c. 4: *siros vocabant barbari, quos ita solerter abscondunt, ut nisi qui defoderunt, invenire non possent.* In iis reconditae fruges erant. V. Suid. in Σειροὶ et Σιῤῥός et Etym. M. in Σιροὶ p. 714. 16. [Intpp. Polluc. IX, 49. p. 1011. *Wesseling.* ad Diod. t. II. p. 351. 14.] Vide et *Valckenar.* Diatr. p. 217. et 218. VILL. p. 31. Cf. VV. DD. ad Varr. de R. R. p. 241. *Gesn.* et *Iacobs.* ad Anthol.

Gr. 1, 2. pag. 316 sq. Schaef. Brunck. hanc vocem a vett. Graecis per unum ρ scriptum esse contendit allato Eratosthenis versu:

ἠ σιρὸν ἢ κοῖλον φρείατος εὐρὺ κύτος.

et alteram scripturam librariis imputandam esse censet. Cf. praeterea de huius vocis scriptura *Schaefer.* in Appar. Dem. t. I. p. 522. *Dobraei* Adversar. t. I. p. 269. et de re *Walz.* ad Arsen. Viol. p. 12. Ceterum sumta est ex Coureri sententia (ad V. G. p. 207.) haec fossae descriptio ex Herodot. l. IV. c. 201. νυκτὸς τάφρην ὀρύξας εὐρέην ἐπέτεινε ξύλα ἀσθενέα ὑπὲρ αὐτῆς· κατύπερθε δὲ ἐπιπολῆς τῶν ξύλων χοῦν γῆς ἐπιφορήσας, ποιέων τῇ ἄλλῃ γῇ ἰσόπεδον. Idem Cour. animadvertit tales σιροὺς hodie apud Calabros vocari *silos.*

ὀργυιᾶς] Sic Vill. restituit ex Flor. Urs. mrg. III. Par. neque aliter AB. — Vulg. ὀργυιῶν.

τὸ πολὺ] Wyttenbachii coniecturam ἐπὶ πολὺ refutavit Schaeferus, cui assentitur Cour. ad Luc. As. p. 251.

τεττάρων] Sic AB et Cour. Vulg. τεσσάρων.

μεμίμητο γῆν] Vill. citat Prudent.: *virgis adopertas texerat oras, Et super imposito simularat cespite campum.* Achill. Tat. l. IV. p. 326. [c. 3.] et Xenoph. Ephes. l. IV. p. 61. ξύλα ἐπιτιθέντες μεγάλα, ἐπέχωσαν τὴν τάφρον.

γῆς σεσαφισμένης] Par. τῆς pro γῆς, quod tamen in mrg. III. est.

ὧδε] Ante Schaeferum scribebatur ᾧδε. — Corayus ipse ᾧδε reliquit apud Heliod. l. 6. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν λίμνην καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας αὐτῇ (Cod. Venet. 409. οἰκοῦντας ἐν αὐτῇ) βουκόλους ᾧδέ (l. ὧδέ) πως ἔχει. Boiss.

CAP. XII.

τράγοι παρ. etc.] Phrase mutilée. On pourroit lire: τράγοι δύο παροξ. Ou plutôt: ἦσαν αὐτῷ τράγοι δύο. Οὗτοι παροξ. εἰς μ. etc. Comme dans le 4ème l. [chap. 4.] Λάμπις τις ἦν βουκόλος. Οὗτος ἐμνᾶτο ... Cour. V. G. p. 207 sq.

παροξυνθέντες] Vertunt: *concitati, irritati.* Imo est, *lascivientes, salaces.* Sic infra p. 34. l. 12. τὸν Δάφνιν παρώξυνε ubi v. *Vill.* Schaef. p. 337.

φριμαξάμενος] Hunc locum laudat *Toup.* Em. in Suid. p. III. p. 298. V. et *Valckenaer.* ad Ammon. l. III. c. 27. p. 226.

ubi cum hoc Longi loco confert et hunc eiusdem l. I. c. 82. *αἱ δ' αἶγες ἑσπέριαι φριμασσόμεναι.* Vehl. p. 89.

περὶ τῷ κέρατι] Non sollicitandum [Vill. coniecerat *ἐπί*]. Theocrit. Id. I. 54. *ἶσον περὶ πλέγματι γαθεῖ.* et cum genit. Herod. p. 665. l. 62. *περὶ τῶν νηῶν ἀχθόμενοι.* Schaef. p. 337.

πρόσοψις] Passow. tentat *πρόσωψις*. Male.

ξύλον καὶ τὴν καλαύροπα] A: *ξύλῳ τὴν καλ.* — Cour. coniecit: *ξύλον τὴν καλ.* Deinde V. Gall. p. 206. expungi voluit primam vocem ut glossema; Iacobsius contra vv. *καὶ τὴν καλαύροπα*, quod veri est similius. Ego in tali loco contra omnes libros nihil mutandum esse arbitror.

ὑπεκφεύγοντος] mrg. Par. III: *ὑπερφεύγοντος*.

χρήσασθαι τῆς καταφορᾶς σχήματι] Prim. Vill. ex Urs. articulum *τῆς* restituit, qui vulgo abest. Tuentur eum etiam A B. — Valckenarii coniecturam: *τὸ χρήσασθαι κατὰ τῆς φορᾶς σχήματι* probant Vill. et Brunck. Sed recte Sinnerus vulgat. tuetur, quippe quae magis quaesita deceat sophistam. Articulus quidem ante v. *χρήσασθαι* esset recipiendus ex regula, quam *Schaefer.* proposuit Appar. Dem. t. I p. 560 sq. At ipsa talium exemplorum copia (vide modo *Matth.* Gramm. p. 678. *Stallbaum.* ad Plat. Phaed. p. 68. ad Gorg. p. 96. *Iacobitz.* ad Luc. Vit. Auct. p. 118. *Winckelmann.* ad Platon. Euthydem. p. 61.), deinde emendandi in multis locis, quemadmodum in nostro, difficultas, postremo posteriorum scriptorum licentia et poëtarum imitatio, me permovent, ut nihil h. l. secundum hanc Viri Summi normam mutem.

ὁ μὲν δὴ τὸν ἀνιμησ.] *δὴ* prim. Vill. ex Urs. restituit. Non dissentiunt A B.

εἴ τις ἄρα γένοιτο] Cour., quam coniecturam *παραγένοιτο* receperat, eam in Addendis retractavit.

εἰς τὸν σιρὸν] Cour. *πρὸς τὸν σιρὸν* nescio unde; nihil enim nec ipse nec Sinner. annotavit. — *σιρὸν* v. ad cap. 11.

τινα βούκολον] *τινὰ* vulgo omissum revocavit Cour. ex A B.

ταῖς τῆς ταινίας ὁλκαῖς] Ita Dutens. ex Urs. et Par. III. nec aliter A B. — Vulg. *ταῖς τῆς ὁλκῆς ταινίαις.* mrg. Par. III: *ἐπαγωγαῖς ταῖς τῆς ὁλκῆς ταινίαις.* — Vv. *ἀνέβη ταῖς* usque ad *ἐγένετο, τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν κ. τ. λ.* in Parr. I. II. et in B deficiunt, in quo cod. margini adscriptum est: *λείπει φύλλα ά.*

ἀνιμήσαντο] Sic Cod. [Par. III. et A.] Vulgo *ἀνιμήσαντες*.

In fut. et aor. medium videtur praeferendum. Supra p. 14. l. 6 Ὁ μὲν δὴ τὸν ἀνιμησόμενον — ἀνέμενεν. Appian. t. I. p. 746. Schweigh. Νοῦδον μὲν καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων τινὰς ὑπὸ καλωδίοις ἀνιμήσαντο, pro quo t. II. p. 121. Μάριον καλωδίοις ἀνιμήσαντο. Lucian. t. I. p. 640. ἵνα καὶ ἀνιμήσηται ὁ πορθμεὺς [add. τὸ] ἀγκύριον. t. II. p. 135. μόλις ἀνιμησάμεθα. t. III. p. 91. μηδὲν μέγα προσδεηθῇς ἀνιμήσεσθαι. Aliud exemplum ex Plutarcho excitat H. Stephanus Thes. I. col. 1697. E. Rarius activum in illis temporibus mihi se obtulit. Adde quod in vulgata lectione particulae ἄρα et μὲν δὴ locum non suum obtinent. Illa enim, ἐπιφωνηματικῶς usurpata, concludendae, hae inchoandae sententiae adhibentur. Schaef. p. 337 sq.

τοσοῦτον ἄρα ἡ δίκη μετῆλθε] Qui hic sive αὐτὸν sive simile quid excidisse putant, errant. V. ad cap. 2. Nec Schaefer. nec Cour. nec Siuner. quicquam desideraverunt.

τυθησόμενον] Hanc v. ex coniectura Iungerm. receperunt edd. et confirmat A. Vulgo: τυθησόμενοι. Urs.: τεθυσόμενοι.

σῶστρα] De sostris dissertationem scripsit *Leisnerus*, quam nondum vidi. Iulianus ep. 4. p. 417. A. σοὶ πρώτῳ, καθάπερ πατρῴῳ θεῷ, τὰ πρωτεῖα τῶν ἐμαυτοῦ σώστρων ἀπέδωκα. Theodor. Prodr. de Dos. et Rhod. Amor. I. p. 42. θύειν τὰ σῶστρα τοῖς σεσωκόσι πρέπει. Anna Comn. III. p. 90. σῶστρα τε θύσας Χριστιανοῖς προσήκοντα. cf. *Cangium* ad Annae l. p. 272. Auctorem τῶν ζωϊκῶν ap. *Iacobs.* ad Tzetz. Homeric. p. 15. σῶστρα ex Inscriptionibus excitavit *Villoison.* Acad. Humani Liter. t. XLVII. p. 326. 327. Boiss.

ἐπόθησεν] mutavit Schaef. in ποθήσειεν.

καθίσαντες ἐπὶ στελέχει δρυός] Cour. quum videret c. 13. de eadem re ὑπὸ τῇ δρυὶ τῇ συνήθει καθεζόμενος. l. II. c. 30. ὑπὸ τῷ στελέχει καθίσας. c. 38. ὑπὸ τῇ δρυὶ καθεσθέντες. l. III. c. 12. δρῦς ὑφ' ἣν καθίζοντες: etiam hoc l. et l. II. c. 11. καθεζόμενοι ἐπὶ στελέχους δρυός, ἐπὶ in ὑπὸ mutavit. Perperam; utrumque enim bene se habet; ὑπὸ δρυὶ est nostrum *unter die Eiche*, ἐπὶ δρυὶ *an die Eiche*.

τέτρωτο μὲν οὖν οὐδὲν οὐδὲ ἥμακτο οὐδὲν] Vill. et Cour., posterior tamen dubitanter, V. G. p. 206. et ad Luc. Asin. p. 227. unum alterumve οὐδὲν expungere volunt. Sine causa.

ἐδόκει δὲ] Revocavi vulgat. — Schaef. et Cour. ex coniectura δή.

CAP. XIII.

νυμφαῖον] Sic Cour. ex A. Vulg.: *ἄντρον τῶν Νυμφῶν.*

ἐν ᾧ ἡ πηγή] Haec verba, vulgo omissa, ex Urs. recepit Vill. —— III. Par. marg.: *ἴσως, ἄντρον ἐν ᾧ ἡ πηγή, ὡς ἐν τῷ δ' λόγῳ εἴρηται.* Huiusce notae auctor, qui in fine huiusce codicis a se descripti, illum Romae ad Fulvii Ursini exemplar, a. 1597, emendatum fuisse observat, procul dubio hic respexit locum libri IV. c. 32. *ἐκέρασε δὲ καὶ τὴν πηγὴν οἴνῳ, τὴν ἐν τῷ ἄντρῳ, ὅτι καὶ ἐτράφη παρ' αὐτῇ καὶ ἐλούσατο πολλάκις ἐν αὐτῇ.* Sic l. I. c. 32. *λούει τὸν Δάφνιν ἡ Χλόη, πρὸς τὰς Νύμφας ἀγαγοῦσα, εἰς τὸ ἄντρον εἰσαγαγοῦσα.* Supra c. 4. *Νυμφῶν ἄντρον ἦν, πέτρα μεγάλη — ἐκ δὲ πηγῆς ὕδωρ ἀναβλύζον.* et multo clarius c. 7. *Νύμφας ἐκείνας, τὰς ἐν τῷ ἄντρῳ, ἐν ᾧ ἡ πηγή.* ex quo ultimo loco forte huc in textum irrepsit haec glossa, *ἐν ᾧ ἡ πηγή,* quae videtur ab Amyoti cod. abfuisse Vill. p. 36.

χιτωνίσκον] Sic Cour. ex A. — Vulg. *χιτῶνα.* Cf. l. IV. c. 7.

προστάς] Alii scribunt *προςστάς.* V. *Sinner* h. l.

χρώζεσθαι] Cour. coniectura *ἐπιχρώζεσθαι,* quae ex vitioso apographo Passowius receperat, ab omnib. deinde edd. iure reiecta est.

ὅτι [δὲ μὴ] πρότερον] Verba uncis inclusa, quae a cod. absunt, interposui, quia sententia verborum flagitat. Cour. dedit Chardono probante: *καὶ ὅτι μὴ πρότ.*; Idem praeterea coniecit: *ἐννοήσασα δὲ ὅτι μὴ πρότ.* — Geelio Bibl. Cr. N. p. 249. t. V. p. II. plura deficere videntur.

καὶ τὰ νῶτα δὲ] *δὲ* sicut omnes voces, quas in sqq. litteris diductis excudi iussi, in Cour. edit. sunt punctis subscriptae, de quibus ille in praef. sub finem: *τὰ ὑπεστιγμένα γε μὴν τῶν γραμμάτων δυσανάγνωστά τινα δηλοῖ καὶ ἀσαφῆ ἐν τῷ A ἀντιγράφῳ.*

τρυφερώτερος] Est emendatio Geelii l. l. Vulg. *τρυφερώτερον.*

ἰδέσθαι] Nota hanc formam apud orationis pedestris scriptorem. V. locos ex Herodoto citatos apud *Matth.* Gr. Gr. p. 450. Inde corrige *Buttmannum* in Gr. Gr. t. II. p. 201.

περιττὸν] Cour. affert l. III. c. 9. *Χλόη μὲν οὐδὲν χρηστὸν ἦν, ὅτι μὴ τῆς ἐπιούσης ὀφθησόμενος ὁ Δάφνις.*

τὰς αἶγας] Sic recte edidit Cour. probantibus Eichstaedt. Kreyssig. Boiss. — Chardon. et Beck. cod. A lectionem *ἀγέλας* defendere student. — Comparat cum h. l. Cour. Alciphron. l. III. ep. 12.

[*καὶ*]] Particula prorsus otiosa non solum circumscribenda erat uncinis, sed prorsus delenda. Est enim orta ex antecedente *ἢ* quemadmodum apud Lucian. in Amor. c. 5. *διήρητο δ' αὐτῶν ἅμα τοῖς λόγοις τὰ πάθη, καὶ οὐχ ὥσπερ σὺ κατ' εὐκολίαν ψυχῆς ἄϋπνος ὤν, διττοὺς ἀρνυσαι μισθούς.* ubi *καὶ* dele auctoritate cod. Oxon. Sic aliquum *καὶ* antecedente *ἢ* in cod. Vindob. Dionys. Hal. Ep. ad Pomp. c. II. §. 7. (cuius libri exhibuit Schaef. in Melett. Crit. in IV. capita Artis Rhetoricae Dionysii variantes lectt.), *ὅταν τὴν ἰσχνὴν καὶ ἀκριβῆ καὶ* (om. Vind.) *δοκοῦσαν μὲν ἀποίητον εἶναι — διάλεκτον εἰσφέρῃ.*

ᾄσῃ] Ita Cour. — cod. A. *ᾄσσῃ*.

Achill. Tat. l. II. p. 130. eodem sensu: *ἐπεχείρουν τι προὔργου ποιεῖν.* Mollius: Herodianus de Heliogabalo: *ἵνα δὴ καὶ τὰ τῶν ἀνδρῶν πράττειν δοκοίη.* Eodem sensu usus est noster verbo *πράττειν* quo aliquando *facere* utuntur Latini. Plaut. *mavult ancillae facere quam liberae.* Idem: *si tibi cordi est facere,* id est amplecti amicam. Vill. pag. 105 sq. — Cf. *Wessel.* Obss. p. 151. *Lentz* in Act. Traiect. t. II. p. 300. Schaef. p. 361.

CAP. XII.

πλούσιοι] Flor. Parr.: *πλούσιον.* Mrgo. Par. III: *πλούσιοι.*

θαλάσσης] Sic Cour. nihil tamen de libris annotans.

οἰκήσεσιν] Par. II: *καὶ ἡ οἰκήσεσις.*

ἅλση] Flor. et Parr.: *ἀλωή.*

τέχναι] Sic dedi e cod. A. Vulgo τέχνῃ. — Bene habet. Τέχνης qui legunt [Valcken. ad Hippol. p. 282. et Vill.], concinnitatem verborum a Longo studiose quaesitam temere pervertunt. Τέχνη de opere arte facto haud infrequens. Ita saepe Pausanias. l. VI. c. 14. Ἄνοχος δὲ ὁ Ἀδαμάτα — ἔστιν Ἀγελάδα τέχνη τοῦ Ἀργείου. l. VII. c. 24. similiter, Ἀγελάδα τέχνη τοῦ Ἀργείου. l. X. c. 5. Ἡφαίστου τὸν ναὸν τέχνην εἶναι. [VI, 6, 6.] Aliis locis ἔργον adhibet. Sic et poëtae. Rufin. epigr. 13. Ποῦ νῦν Πραξιτέλης; ποῦ δ' αἱ χέρες αἱ Πολυκλείτου, Αὐταῖς πρόσθε τέχναις πνεῦμα χαριζόμεναι; Christodor. Ecphras. v. 169 s. ἀγλαΐη γὰρ Ἔπνεε θερμὸν ἔρωτα καὶ ἀψύχῳ ἐνὶ τέχνῃ. v. 178 s. οὐδέ σε χαλκὸς ἔπαυσεν ὀϊζύος, οὐδέ σε τέχνη Ἄπνοος οἰκτείρασα δυσαλθέος ἔσχεθε λύσσης. Latini poëtae artes eodem sensu usurparunt. Vid. Mitscherlich. ad Horat. t. II. p. 396. Schaef. p. 361 sq. Pluralis eadem significatione: Dionys. Hal. de Thuc. Iud. c. IV. §. 2. p. 817. R. in. Οὐδὲ γὰρ τὰς Ἀπελλοῦ καὶ Ζεύξιδος καὶ Πρωτογένους καὶ τῶν ἄλλων γραφέων τῶν διωνομασμένων τέχνας οἱ μὴ τὰς αὐτὰς ἔχοντες ἐκείνοις ἀρετὰς κρίνειν κεκώλυνται.

ἐνηβῆσαι] Hanc Valckenarii ad Hippol. p. 282. prolatam coniecturam recepit Cour. prob. Iacobs. quum viderent a codd. vestigiis eam esse confirmatam. Urs.: ἐνικῆσαι. A: ἐνβῆσαι. B: ἐνηχῆσαι. Utitur hac voce Long. l. III. c. 18. Vid. *Valcken.* l. l. De cognata voce ἐνηβητήρια v. praeter *Valcken.* ad Herod. II. 133. *Iacobs.* ad Ael. H. A. p. 379.

παραπλέοντες] Sic Cour. ex AB. prob. Iacobs. Sic etiam Parr. I. II. Vulgo καταπλέοντες.

ὠτίδας] Sic leg. Male ed. Flor.: ὠτείδας. Recte Huet. emendat ὠτίδας. Dicitur et οὐτίδας. Galenus tertio de alimentis libro: μεταξὺ δέ πως τῶν γεράνων τε καὶ τῶν χηνῶν ἡ σὰρξ τῶν καλουμένων οὐτίδων ἢ ὠτίδων ἐστί. De hac ave v. Athen. l. IX. p. 390. et ad eum Cas. c. 10. pag. 671. ubi otum inter et otidem distinguitur. Hinc gallicum *outarde*. Vill. pag. 109. V. *Schneid.* et *Iacobs.* ad Ael. H. An. l. II. c. 28. et *Sturz.* Lex. Xen. t. IV. p. 624 sq.

ὥστε ἡ] Quod h. l. insertum quondam legebatur καί, id iure delevit Schaef. Confirmant hanc emendationem AB.

καταβάλλοντες] Proprium in hoc sensu vocabulum. Hinc pensio dicitur καταβολή, de quo v. *Valckenar.* ad Ammon. pag.

115. et *Hemsterh.* ad Lucian. D. Mort. III. t. I. p. 340. Alciphr. l. I. ep. 8. καταβαλόντες ἀργύριον. ep. 9. πρὸς τῇ καταβολῇ τἀργυρίου. ep. 23. καταβαλὼν ὀβόλους δύο. l. III. ep. 38. καταβαλὼν ἀργυρίδιον pro quo Xenoph. Eph. l. V. p. 73. ἀργύριον κατατίθεσθαι. Vill. p. 109. Plura *Walz.* ad Arsen. p. 85.

ἐνεστώσης] Sic Cour. ex AB. Sic etiam Flor. Urs. Parr. I. II. Vulgo ἑστώσης. — ἑστώσης] Teneo hoc Chariton. loco simili p. 51. τότε γὰρ ἔτι χειμὼν εἱστήκει καὶ παντάπασιν ἀδύνατον ἐδόκει τὸν Ἰώνιον περαιοῦσθαι. ad q. l. vid. *Dorvill.* p. 303. [383 Lips.] Alciphron. p. 358. [l. III. ep. 39.] ἡ νῦν ἑστῶσα σεμνοτάτη τῶν Θεσμοφορίων ἑορτή. ἐνεστώσης praefert Wakefield. Silv. Crit. p. III. p. 144. [et Valckenar.]. Schaef. p. 362 sq. Vill. citat *Ruhnk.* ad Tim. p. 168.

CAP. XIII.

τῶν δή τις ἀγροίκων] Cour. contra libros τῶν δέ τις ἀγρ δὴ aeque bene se habet quam c. 14. αἰσθήσεως δὴ τοῖς Μηθυμναίοις γενομένης. et c. 18. διωκόντων δὴ τοὺς Μηθυμναίους ἐκείνων. l. III. c. 4. ἤτει δὴ τὴν Χλόην χαρίσασθαί οἱ πᾶν, ὅσον βούλεται. — Structura verborum non solis scriptoribus Ionicis propria. Xenoph. Cyrop. VII. 2. 3. τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει τινὸς φρουρῶν. Arrian. de exped. Alex. VII. 3. 6. τῶν τινι θεραπευόντων. Diodor. Sic. t. I. p. 599. τῶν — ἐν Σάμῳ τινὲς στρατιωτῶν. Plutarch. vit. Demosthen. IV. τῶν Εὐριπίδου τινὰ ῥήσεων. Pausan. p. 171. τῶν τινα ἐμπεποιηκότων. p. 269. τῶν τις βαρβάρων. p. 594. Πεισίστρατον δὲ, ἡνίκα ἔπη τὰ Ὁμήρου διεσπασμένα τε καὶ (add. ἄλλα) ἀλλαχοῦ μνημονευόμενα ἠθροίζετο, ἢ αὐτὸν Πεισίστρατον, ἢ τῶν (sic bene Sylburg.) τινα ἑταίρων — —. Lucian. t. III. p. 181. τῶν ἰαλέμων τινὸς ποιητῶν. Alciphr. pag. 320. [lib. III. ep. 20.] τῶν τινι γνωρίμων, pag.. 398. [lib. III. ep. 53.] τῶν — τινὰ νεανίσκων. Procop. Histor. Arc. pag. 4. D. τῶν τινος οἰκειῶν Εὐγενίου ὄνομα ὑπουργήσαντός οἱ ἐς ἅπαν τὸ ἄγος. Phrynichus pag. 62. τῶν ἀμαθῶν τινὲς ἰατρῶν. Eustath. ad Il. pag. 489. l. 31. Bas. τῶν τινες ὕστερον Σκυθῶν. p. 1462. l. 14. τῶν τινες γοῦν παλαιῶν. Add. *Villois.* Animadv. ad Longum pag. 196. 287. Schaef. p. 363. V. Appar. Demosth. t. III. p. 177. 251.

ἐς ἀνολκὴν λίθου] Recte *Abresch.* Diluc. Thucyd. pag. 474. confert Thucyd. l. IV. c. 112. δόκοι πρὸς λίθων ἀνολκὴν προσ-

κεῖμεναι. Saepe autem Longus expressit Thucydidem; quod pluribus aliis exemplis appositis demonstrare possem, nisi consulerem brevitati. Vill. p. 110.

χρήζων] Coniectura Iungerm. deinde a codd. Parr. I. II. et fort. ab AB confirmata. Par. III: *διαχρήζοντος.*

μεμψάμενοι] Coniectura Iungerm. ab AB. confirmata. Iunt.: *μεμψώμενοι.* Ceterae *μεμψόμενοι.*

ξενοδόκους] Contra Columbanium *ξενοδόχους* typogr. mendorum elencho scribentem affert Vill. *Hemst.* ad Arist. Plut. p. 122. *Moer.* Att. p. 271. *Thom. Mag.* p. 640. ib. interpp.

σταδίους] Hanc formam reposui e B probante Cour. A: *σταδίοις.* Cour. affert. l. II. c. 25. [l. II. c. 33.] l. III. c. 2.

ἀπέφαγον] Cour. coniec. *ἀπέτραγον.*

CAP. XIV.

κλυδώνιον] *lenis fluctus.* Contra *vehemens aestus* i. q. *κλύδων* apud Heliod. l. I. c. 22. pag. 37. Cor. *ἐπεὶ δὲ τὸ πολὺ τοῦ πλοῦ διήνυστο, κλυδώνιον ἀθρόως ἐμπεσὸν καὶ ἄνεμος ἐξώστης καὶ λαίλαπες συμμιγεῖς καὶ πρηστῆρες τὴν θάλατταν καταιγίζουσαι τὴν ναῦν τοῦ εὐθέος παραφέρουσι.* Sic etiam Thucyd. l. II. c. 84. Et translata significatione Hel. l. X. c. 16. p. 413. Cor. *Ὑδάσπης — τὸν δῆμον κατοπτεύσας ἀπὸ τῶν ἴσων παθῶν κεκινημένον - ἠχήν τε τινὰ θεσπεσίαν ἄχρις αἰθέρος αἴροντας καὶ οὔτε κηρύκων σιγὴν ἐπιταττόντων ἐπαΐοντας - πρὸς ἡσυχίαν τὸ κλυδώνιον τοῦ δήμου κατέστελλε.*

παλίῤῥοια] Mrg. Par. III: *περίῤῥοια.*

αἰσθήσεως δὴ] *αἰσθ. δὲ* mrg. Par. III. unde recep. Schaef. et Cour. Utrumque dici potest. Nulla ergo codd. lectionem mutandi caussa.

ἐβόων] *ἐθόων* Iunt. quod iam correxit Columb.

ἐπὶ τὴν θάλασσαν] Sic Cour. ex AB. Vulgo *ἐπὶ θάλατταν.*

οἱ Μηθυμναῖοι] Sic Cour. ex AB. Vulgo artic. omittitur.

στερόμενοι] Male tentavit Huet. *στέρεσθαι* in Euripide frequens. Leonidas Alexandr. VII. *ἀμφοτέρων στέρεται.* Iulian. p. 42. D. 43. A. Saepius hanc formam legeremus, si per librarios licuisset. Cf. vv. lectt. ad Diod. Sic. t. I. pag. 95. Egit de ea iam *H. Steph.* Ind. in Thes. p. 11. col. 60. F. Schaef. p. 364. V. *C. Iacobitz.* ad Lucian. Char. p. 3 sq.

καὶ πρώτους τε τὸν Λάμωνα] Sic omn. codd. Schaef. *κ. π. τόν τε Λ.* Hanc particulae *τε* sedem iis defendes, quae habet *Hartung.* de Partic. t. I. p. 114. Huc etiam referendus est locus Xenoph. in Oec. quem attulit *Fritzsch.* Quaest. Lucc. p. 10.

σκιῤῥοὶ] Sic vulgo et Parr. I. III. *σκηροὶ* B. Par. II. A: *σκληροί*, quemadmodum coniec. Heinsius, quod praetulit Cour. Urs. et Flor. de quibus nihil adnotavit Columban. *σκιῤῥοὶ* habere videntur. —— Non necessaria est D. Heinsii coniectura *σκληροί*. Idem enim *σκιῤῥοί*. Sic qui Plutarcho dicuntur *θεοὶ σκληροὶ*, Eusebio et Theodorito sunt *θεοὶ σκιῤῥοί*. V. *Toup.* Opusc. t. I. p. 488. SCHAEF. p. 364.

CAP. XV.

πρεσβύτατός τε] Unus cod. Flor. *γε* alius *τότε*. VILL.

οἷα] Vulgo *οἵα*. Correxerunt Schaef. et Brunck.

ἐσθής] Hanc Bernardi coniecturam a Dutens. prim. receptam confirmant A B. Vulgo *εὐθύς*. —— Methymnaeis de harumce vestium iactura conquerentibus sic respondet Daphnis c. 16. *ἀλλὰ ἐσθὴς ἐνέκειτο καὶ ἄργυρος;* quod pariter vidit et contulit Bernard. ad Synes. de febribus p. 4. recte annotans a veteribus inter divitias recenseri vestium multitudinem, ut patet e Luculli exemplo apud Horat. l. I. ep. VI. v. 40 sqq. Immo et, quod hanc emendationem mire confirmat, apud Xenoph. Ephes. videbis l. I. p. 13. in nave, qua vehebantur Anthias et Abrocoma, magnam vestium multitudinem, magnam auri argentique vim: *πολλὴ μὲν ἐσθὴς καὶ ποικίλη, πολὺς ἄργυρος καὶ χρυσός.* Id. l. III. p. 48 et 49. *πολὺς μὲν κόσμος γυναικεῖος, πολὺς δὲ ἄργυρος καὶ χρυσός.* Id. l. IV. p. 58. De itineris cuiusdam apparatu loquens: *ἦν δὲ πολὺ μὲν πλῆθος χρυσίου, πολὺ δὲ ἀργύρου, πολλὴ δὲ ἐσθής.* l. V. p. 76. *πλοῦτόν τε διαδέχεται πολὺν καὶ εὐδαιμονίαν· πολλὴ μὲν οἰκετῶν παραπομπή, πολλὴ δὲ τῶν ἐσθήτων ὕπαρξις καὶ σκευῶν πολυτέλεια.* Heliod. l. I. p. 42. de nave loquens: *ὁλκὰς οὖν ἐπληροῦτο χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου καὶ ἐσθήτων.* Apud eund. ib. pag. 7. videbis piratas ea omnia efferentes, quae in Theagenis et Charicleae nave inerant: *χρυσοῦ δὲ καὶ ἀργύρου, καὶ λίθων πολυτίμων, καὶ σηρικῆς ἐσθῆτος, ὅσῃ δύναμις ἑκάστοις, ἐκφοροῦντες.* Sic l. V. pag. 234. de navis possessore: *τοῦ πλείονος φόρτου τῶν ἀγωγίμων δεσπόζει, χρυσοῦ τε ὄντων καὶ λίθων πολυταλάντων, καὶ σηρικῆς ἐσθῆτος.*

Et l. II. p. 86. *χρυσοῦ μὲν καὶ ἀργύρου καὶ ἐσθῆτος ἀφθονία.* Chariton. l. I. p. 10. *Χρυσός τε καὶ ἄργυρος, ἐσθήτων κάλλος καὶ κόσμος.* et l. VI. p. 102. *χρυσός, ἄργυρος, ἐσθής.* Et ibid. p. 112. *χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ ἐσθῆτα.* Et l. VII. p. 121. *καὶ τὰ χρήματα καὶ τὰς ἐσθῆτας, καὶ τὸν πλοῦτον τὸν βασιλικόν.* Alciphr. l. I. ep. 8. p. 30. *πρὸς μὲν οὖν τὸν χρυσὸν, ὃν ἐπαγγέλλονται (οἱ λῃσταὶ) καὶ τὴν ἐσθῆτα, κέχηνα.* Vill. p. 113 sqq.

ἀργύριον] Flor.: *ἄργυρον.*

τούτους] Sic Cour. ex A. probante Iacobs. Vulgo *τούτων.*

ὠνήσαιτο] Sic Cour. ex A. Vulgo *ὠνήσατο.*

ὃς ἐπὶ τῆς θαλάσσης νέμει τὰς αἶγας ὡς ναύτης.] Locus corruptus. Cour. ex vestigiis cod. A. qui habet: *ὃς ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἰδὼν ν. τ. αἴγ. ὠ. ν.* edidit: *ὃς ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἰὼν νέμ. τ. αἶγ.* etc. id quod in vv. lectt. Graecis subiectis annotare omisi. Sententiae aptius esset *φοιτῶν*, vel *ἀλύων*, id quod Iacobs. coniecit. Sed remanet hyperbaton tale, quale vix excusari posset, nimir. tum vv. oporteret coniungi ita: *ὃς ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἀλύων ὡς ναύτης ν. τ. αἶγας.* Hinlopen. delenda censuit vv. *ὡς ναύτης.*

CAP. XVI.

τοσαῦτα] Sic scripsit Cour. auctoritate cod. A. Vulgo *τοιαῦτα.*

τρέχοντες] Sic Urs. Amyot. AB. Vulgo *τρύχοντες.* Recepit genuinam lectionem iam Moll.

θάλασσαν] Sic Cour. nihil tamen de libris dicens. Vulgo *θάλατταν.*

πόαν] Flor. Urs.: *λύγον.*

πιστεύσει] Mrg. Par. III: p. (sic) *πιστεύσειεν.*

CAP. XVII.

Μηθυμναίοις] Cour. ex Coraïs coniectura *Μηθυμναίους,* quod iam suspicatus est Vill.

ψᾶρες ἢ κολοιοί] Videtur Longus hanc imaginem petivisse ex Homero qui sic Il. XVI. v. 583: — *ἴρηκι ἐοικὼς*

ὠκέϊ, ὅστ᾽ ἐφόβησε κολοιούς τε ψῆράς τε.

Cf. etiam XVII. v. 755.

τῶν δ᾽, ὥστε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν.

ὅρων] Sic ex Vill. (qui tamen in accentu erravit) coniect., quam confirm. Amyot. Par. III. AB. et ed. Comm. Vulgo *ὀρῶν.*

CAP. XVIII.

διωκόντων δὴ] Sic Cour. ex **AB**. Sic etiam Urs. et Par. II. Vulgo *διωκ. δέ*.

πολλὴν] Parr. I. II: *πολύν*.

καὶ τῆς πήρας] Sic omnes codd. —— Probabiliter hic, ut infra pag. 90. lib. 15., coniicitur [a Le Fevre cuius coniecturam recepit Cour.] *κἀκ τ. π. πρ.* Longus p. 79. l. 7. *ἐκ τῆς πήρας προεκόμιζε μελιτώματα πολλά.* p. 120. l. 15. ex nostra correctione: *ἐκ τῆς πήρας τὴν σύριγγα προκομίσας.* Lucian. t. III. p. 288. *ἐκ τοῦ κόλπου προκομίσασα ῥόμβον.* [Adde *Schaefer.* ad Phalar. p. 251 b.] Parum curarunt hoc verbum Lexicographi. Igitur alia eius addam exempla. Menander Exc. de Legat. p. 147. A. Paris. *Εἰ ξυγχωρήσομέν σοι, τὸ παρὰ σοῦ προκομισθὲν γράμμα — ἔχειν τὸ πιστόν.* quae si meminisset Kusterus ad Suid. t. II. p. 651. asteriscis supersedere potuisset. Lucian. [Navig. c. 19.] t. III. pag. 261. *νεκρόν τι ἄλλο παιδίον εἰς τὸν Ἰσθμὸν ἐπὶ δελφῖνος ὁμοίως προκομισθῆναι.* Chariton. p. 20. *τάλαντον οὖν ἀργυρίου προκομίσας ἠνάγκαζε λαβεῖν.* Xenoph. Ephes. p. 62. *προκομίσασα εἴκοσι μνᾶς ἀργυρίου.* Schaef. pag. 365 sq. Ego non requiram praepositionem, quoniam Genitivus eam in se continet notionem. Sic etiam statuit Villois. ad l. III. c. 20. Similiter l. III. c. 6. *τῆς δὲ αὐλῆς προῆλθεν οὐδείς* et c. 10. *προῆλθον τῆς αὐλῆς* et c. 11. *προήκει τῶν θυρῶν.* Heliod. l. V. c. 2. p. 175. Cor. *ὁ δὲ Κνήμων τοῦ δωματίου προήκων.*

ζυμίτου] Sic scripsi praecipientibus *Bastio* in Append. ad Epist. Crit. p. VI. et *Oudendorp.* ad Thom. p. 903. quos vide. Adde Intpp. ad Xenoph. An. VII. 3, 21. p. 378. Popp. *ἀζυμίτης* *Coraes* *Ἄτακτ.* I, *ιβ.* — Je doute fort, que ce mot (*ζυμήτου*) soit Grec. Si on le trouve écrit quelque part, c'est par erreur de copiste, provenant de la mauvaise prononciation. — Il faut écrire *ζυμίτου*. Je m'attendois à trouver sur ce mot une note. Brunck.

τότε μάλιστα ἀνακτησαμένη αὐτὸν] Sic libri. Sed haec lectio non sana videtur esse. Quod in Courerii legitur editione, id profectum est ex eius coniectura. Fort.: *τὸ δὲ μάλιστα ἀνακτησάμενον αὐτόν* etc. Saltem aoristum intactum relinquere debebat Cour. — *ἀνακτησαμένη - αὐτόν*] Le

verbe moyen n'a rien à faire ici. Le style de ce roman n'est pas toujours très pur. Cependant Suidas observe, que Thucydide a employé ce verbe dans la signification de θεραπεύειν, qui est celle qu'il auroit ici. Brunck.

CAP. XIX.

τρυφώντων κ. τ. ἑ.] Post hanc vocem auctius ad oram Par. A B. et in codd. Flor. et Urs. καὶ ἐν ἡσυχίᾳ ὄντων, τούτους εἰς βοήθειαν ἥκειν ἱκέτευον; ubi illud ἐν ἡσυχίᾳ ὄντων mihi videtur esse glossa τοῦ τρυφώντων, ut sequentia τούτους εἰς βοήθειαν ἥκειν ἱκέτευον; glossa τοῦ ἱκετηρίας θέντες. Frequentius hoc sensu dicitur ἱκετηρίαν. Demosth. de Cor. p. 262, 16. R. οὐχ ἱκετηρίαν ἔθηκεν ὡς ἀδικούμενος. Et contra Timocr. pag. 703. ἔθεσαν τὴν ἱκετηρίαν οἱ ἄνθρωποι. Andoc. de Myster. pag. 54. t. IV. Reisk. habet ἱκετηρίαν καταθεῖναι et ibid. ὃς ἂν θῇ ἱκετηρίαν et ibid. p. 56. ἱκετηρία κεῖται ἐπὶ τοῦ βωμοῦ. Aeschin. contra Timarch. p. 123. ἱκετηρίαν θέντες εἰς τὴν βουλήν. Et de legat. male gesta p. 200. ἱκετηρίαν θέντες ἐν τῷ δήμῳ ἢ οἰκεῖοι. Harpocration in hanc vocem p. 196. ἱκετηρία· Αἰσχίνης ἐν τῇ ἀπολογίᾳ. Ἱκετηρία καλεῖται ἐλαίας κλάδος στέμματι ἐστεμμένος. Nam οἱ ἱκετεύοντες ἐλαίας κατεῖχον κλάδον, addit Aristophan. Schol. ad hunc Pluti versum 1383:

Ὁρῶ νιν ἐπὶ τοῦ βήματος καθεδούμενον,
Ἱκετηρίαν ἔχοντα.

Vill. p. 117. — γλαυκὴν χλόην φυλλάδος καταστεφῆ. V. *Markland.* ad Eurip. Suppl. v. 259. Schol. ad Aristophan. Plut. v. 385. Ἱκετηρία δέ ἐστι κλάδος ἐλαίας ἐρίῳ λευκῷ περιειλημένος. Quod Scholiastae est ἔριον, Harpocration proprie dixit στέμμα. Eurip. Orest. 12. στέμματα ξήνασ' ἐπέκλωσεν θεά. ubi v. *Porson.* Schaef. p. 366.

διαρπασάντων] Sic Cour. ex A B. Vulgo ἁρπασάντων.

τῶν πρώτων οἰκιῶν] Plutarch. Nic. 10. οἱ γὰρ ἐκ Πύλου κομισθέντες ἦσαν ἐξ οἴκων τε πρώτων τῆς Σπάρτης. [Dion. Halic. Arch. p. 1196, 2. Σπόριος Ναύτιος, οἰκίας ἐν ταῖς πάνυ λαμπροτάταις διάδοχος.] Liban. Ep. 1581. ἀλλὰ καὶ τοῦ πρώτου γένους οὗτος ὁ Καππαδόκης. Athen. 1. 48. ὁ δὲ Στατανὸς τῶν πρώτων ἐστὶν οἴνων. Boiss.

ἀκήρυκτον] Hic sensu proprio ἀκήρυκτον accipiendum est

pro bello, quod a praecone seu caduceatore indictum non est. Saepissime autem πόλεμος ἀκήρυκτος iungitur cum ἄσπονδος, ut apud Demosth. de Cor. p. 314, 16. R. apud Aeschin. c. Timarch. p. 33. et 38. Steph. apud Lucian. in Piscat. t. I. p. 605. [c. 36. ubi v. *C. Iacobitz.*] ἄσπονδα καὶ ἀκήρυκτα πάντα. Tunc significat bellum implacabile; de quo v. *Abresch.* Dilucc. Thucc. p. 555. Vill. p. 119.

πλησίον γὰρ] γὰρ om. Parr. Flor. AB. Vill. Cour.

οὐκ ἦν ἀσφαλὲς] Quod in edd. Parr. I. et II. Bodenii et Schaferi legitur: οὐκ ἀσφαλὲς ἦν, id nulla nititur auctoritate. Parr. codd. et edd. Iunt. Comm. et Iung. omittunt ἦν.

CAP. XX.

αὐτερέταις] Vulgo ἀντερέτης, quod correxerunt Huet. et Iungerm. quae emendatio postea a libris, Parr. et fort. ab AB. est firmata. —— Mollius vere observavit apud Suid. et Eustath. [et Grammat. ap. Bekk. p. 464, 23.] αὐτερέτας esse τοὺς ἐλαύνοντας καὶ μαχομένους, τοὺς αὐτοὺς καὶ ἐρέτας καὶ ὁπλίτας. Thuc. l. I. pag. 10, 16. [c. 10.] αὐτερέται ὅτι ἦσαν καὶ μάχιμοι πάντες ἐν ταῖς Φιλοκτήτου ναυσί. Et l. VI. [c. 91.] p. 437, 51. οἵτινες αὐτερέται κομισθέντες καὶ ὁπλιτεύσουσιν εὐθύς. Confer eumdem et l. III, 178, 58. Heliod. l. II. pag. 63. αὐτερέται τὸν πλοῦν ἀνύοντες. Vill. p. 120. — Addaeus epigr. V. τὸν ἀμείλιχον ἵκτο πρὸς Ἅιδην αὐτερέτης. Musaeus v. 255. forma soluta: Αὐτὸς ἐὼν ἐρέτης. Schaef. pag. 365. *Toup.* Emend. t. III. p. 294. t. IV. p 224. Schaef. msct.

καὶ τοῦ Δάφνιδος] Vill. coniecit καὶ τοῖς τοῦ Δάφνιδος.

λείαν] In Urs. Cod. est hoc scholion: εἰ μὲν ἔλαβε τὸ ΑΕΙ δίφθογγον, εἰ δὲ μὴ ἰῶτα. Columb.

ἔχοι τοῦ χειμῶνος] Legebatur in edd. quibusdam nescio qua auctoritate: τὴν τοῦ χειμ. Sed abest τὴν a Parr. AB. ab edd. Commel. Iungerm. Rursus expulerunt Brunck. Cor. et Schaef. Iunt.: τοῖ τοῦ χ.

ὥστε] Urs. unus et Amyot. καὶ ὥστε. Alter Urs. ut cett. codd. om. καί.

κοίλῳ] Est emendatio Koen. ad Greg. Cor. p. 18. Schaef. Omn. codd. et edd. ξύλῳ.

καταφεύγει] Restituit Boden. ex Urs. Sic etiam AB. καὶ φεύγει Par. I. II. Vulgo: φεύγει.

καταχερτομήσαντες] Triplex huius verbi regimen. De accusativo monuit Suidas a Vill. laudatus [*καταχερτομεῖν, καταχλευάζειν, αἰτιατικῇ*]. Dativi (quae constructio est rarissima) exemplum v. in *Abresch.* Lectt. Aristaen. pag. 277. Schaef. p. 366 sq.

CAP. XXI.

ἐγίγνωσκον] Vulgo *ἐγίνωσκον*. Illam formam recepit Vill. e Parr. Sic fort. etiam AB.

περαιτέρω] Iunt. *παραιτέρω*.

προσταλαιπωροῦντες] Sic Cour. ex AB. Vulgo *ταλαιπωροῦντες*. Cf. *Wyttenb.* ad Plutarch. t. III. p. 6. ed. Oxon.

ἐλεεινὸν] Passow.: *ἐλεινόν*. V. ad l. I. c. 25.

κωκύων] Est emendatio Iungerm., quam confirmare videntur AB. Edd. vett. *κοκκύων*.

ἐκαθέζοντο] Restituit Vill. e Parr. I. II. fort. sic etiam A. Vulgo *ἐκαθέζετο*.

θάλασσαν] Sic Cour. de libris suis tacens. Vulgo *θάλατταν*.

κατεμέμφετο] Reposuit Moll. ex Urs. Sic etiam videntur habere AB. Vulgo *ἐμέμφετο*. Ceterum notanda est huius verbi constructio. Multo frequentius cum accusativo struitur, cuius rei exempla invenies apud Xenoph. Plutarch. Demosth. Dionys. Hal. aliosque. Rarius cum genitivo ut apud Dion. Hal. de Lys. iud. c. 14. pag. 438. *ἐν γοῦν τοῖς περὶ λέξεως τῶν τε ἄλλων καταμέμφεται, τῶν περὶ τὰς ἀντιθέσεις — καὶ τι παραπλήσια τούτοις σχήματα διεσπουδακότων.*

CAP. XXII.

ἀφ' ὑμῶν] Par. III: *ἀφ' ἡμῶν*.

καὶ τὰ πρόβατα καταθύουσι] om. Parr. Habet mrg. Par. III.

καταθύουσι] Cour. sine causa hoc mutandum censet in *καταθύσουσι*.

ποίοις ποσὶν] Cour. temere suam coniecturam *ποίοις ὄμμασιν* in verbis collocavit. Quemadmodum Longus hic pedes, sic manus commemorat Lucianus adv. Ind. c. 24. *τοῦτο γοῦν καὶ μάλιστα θαυμάσειεν ἄν τις, τίνα ποτὲ ψυχὴν ἔχων ἅπτει τῶν βιβλίων, ὁποίαις αὐτὰ χερσὶν ἀνελίττεις;* — Vill. comparat Ach.

Tat. l. IV. pag. 434. ποίῳ γὰρ ἴδοιμι τῷ προσώπῳ τὸν πατέρα, μάλιστα μὲν οὕτως αἰσχρῶς φυγών; et citat *Dorvill.* ad Char. p. 460. [480. Lips.]

λιπεργάτης] Sic ex AB. Cour. Vulgo λειπεργάτης. V *Schaef.* Appar. t. III. pag. 400. — Hanc vocem in dubitationem vocaverunt Schaef., qui λιπεργέτης edidit, Cour., qui λοιπὸν ἐργάτης coniecit et Iacobs., cui neutra harum coniecturarum placuisse videtur. Et profecto haec vox genuina haberi nequit, nisi velis statuere, Longum hanc vocem contra analogiam formavisse. Quum enim λιπόναυς is sit, *qui deseruit navem*, λιποναύτης contra, *qui deseruit socios nautas*, et λιποστράτεια sit *militiae desertio* et λιποστρατιώτης *qui commilitones deseruit*, etiam λιπεργάτης significat *eum, qui operas deseruit*, non *operis desertorem*, quemadmodum explicaverunt. Vv. Dcti. Hoc enim, si analogia formata voce exprimere velis, significaret λίπεργος, cuius tamen vocis nusquam reperi exemplum.

περιμενῶ] Vitium vulgatae περιμένω, quod iam Iungerm. viderat, correxit denuo Schaef.

CAP. XXIII.

τοιαῦτα] Sic Cour. ex AB. Sic etiam Urs. et Par. II. Vulgo ταῦτα.

ἀνυπόδητοι] Hoc recepit Vill. e Par. III. Videntur tueri etiam AB. Vulgo ἀνυπόδετοι. Etiam l. I. c. 4. ἀνυπόδητοι. V. *Lobeck.* ad Phryn. p. 445. *Schneid.* ad Plat. Pol. t. I. p. 162.

ἐῴκεσαν ἐλεοῦσαι] Temere sollicitat Wyttenbach. Frequentiora huius constructionis exempla haberemus si per librarios aut editores licuisset. In Diod. Sic. t. I. p. 126. l. 38. scrib. ex cod. Coisl. ἀντισπώμενος δ' ὑπό τινος ἔοικε. in Luciano t. I. p. 553. l. 36. [Vit. Auct. c. 13. ubi v. *C. Iacobitz.*] ὁ δέ τινα ἔοικε πενθῶν. in Christodori Ecphrasi v. 244 s. ex Vat. cod. ἔοικε δὲ θέσπιδος ὀμφῆς Σιγηλοῖς στομάτεσσι θεοπρόπον ἆσθμα τιταίνων. Cf. *Schneid.* ad Xenoph. Hist. Gr. pag. 350. qui in Demetrio Phal. IV. rem minus caute gessit. Iam in Homero huius constructionis vestigia *Clarkio* se obtulerunt, non illa quidem agnita recentioribus poetae editoribus SCHAEF. p. 367 sq. Cf. ad Dion. Hal. de Comp. p. 212. *Ast.* ad Plat. Legg. p. 554 *Heindorf.* ad Plat. Phaed. p. 206. *Schneid.* ad Xenoph. Cyrop.

p. 856. ed alt. ad Memor. p. 228. ed. III. Polyb. l. XXXII, 8. codd.: εἰ δ' ἄπιστον τὸ λεγόμενον δόξει ἐοικέναι τισίν. Cf. *Schweigh.* t. VIII. pag. 51. Nunc ἀπίστῳ. Sic Ael. V. H. XIII, 21. pro eo quod olim legebatur ἀτρεμεῖ καὶ ἔοικε κωφὴ nunc legitur ἀτρεμεῖ καὶ ἔοικε κωφῇ. SCHAEF. MSCT. Cf. *Winckelmann.* ad Platon. Euthyd. p. 73 sq.

ἤ σοὶ] Vulgatae accentum ἤ σοι sicut infra in καὶ σέ correxit Schaef.

ἡμεῖς τοι] τοὶ restituit Vill. e Parr. Videntur habere etiam AB.

ἐκείνῃ πεδίοις] Sic Vill. e Parr. Schaef. ἐκείνῃ καὶ πεδίοις de suo. — A: ἐκεῖ παιδίοις. B: ἐκείνῃ .... δίοις. Particula καὶ necessaria non est, quum dativ. ἐκείνῃ pendeat ab omisso ἐστι, alter a voce κοινός.

καὶ τοῖς προβατίοις τοῦ Λάμωνος] Λάμωνος haud dubie error librar. pro Δρύαντος, ut recte statuerunt Huet. Vill. Brunck. Iacobs. Et sic etiam Amyot: *ne pense pas qu'elle soit fille de Dryas.* Schaefer. h. v. delenda esse censet et Cour. excidisse autumat: καὶ προβ. τ. Δρύαντος, μηδὲ σοί γε ταῖς αἰξὶ τοῦ Λάμωνος. quod non est verisimile.

τούτου ἐδεήθημεν] Sic Cour. ex A. Vulgo τοῦτον.

συνήθης γὰρ στρατοπέδοις] Fuit enim et Bacchi socius in exped. Indica. V. Lucian. in Baccho; unde in Syringa, sive ea Simmiae est, sive Theocriti, de Pane: οὗ αἶθε πάρος φρένα τέρμα σάκοις. IUNGERM.

καταλιπὼν ἀγροικίαν] Alciphr. l. III. ep. 39. καταλιποῦσα τοὺς σκοπέλους καὶ τὴν ἀγροικίαν. VILL. p. 125.

ἄπεισι] Schaef. in not. MSCT. coniecit ἔπεισι.

κεῖνται χαμαί] Xenoph. Eph. l. I. p. 13. ἔκειντο εἰς γῆν ἀθυμοῦντες. Supra c. 21. ἐνταῦθα καὶ ἔῤῥιψεν ἑαυτὸν χαμαί. VILL. p. 125.

νεμήσετε] Sic Bod. ex Urs. Sic etiam Par. III. et fort. AB. Vulgo νομήσεσθε. Flor. Parr. I. II. νομήσετε. Hinc Moll. et Parr. edd. νομεύσετε, quod in codd. esse iniuria dicit Lobeck. ad Phryn. p. 590. qui hanc formam probat. Sed v. *Buttm.* Gramm. max. t. II. p. 191. Adde locis ibi allatis Appian. t. II. p. 715. Schweigh.

CAP. XXIV.

καὶ ὑφ' ἡδονῆς καὶ λύπης μεστὸς δακρύων] Sic Moll. ex Urs. Vulgo: *καὶ κοινῇ ἡδονῆς καὶ λύπης μεστὸς, δακρύων*. Flor. Parr. et **B**: *καὶ κοινῇ ὑφ' ἡδονῆς καὶ λύπης δακρύων*. **A**: *καὶ κινῶν μεστὸς ἡδονῆς καὶ λύπης δακρύων*. Hanc codd. discrepantiam si consideras, vix sanam esse putabis lectionem receptam.

ἔνθα] *ἔνθεν* Iunt.

κατέχον] Sic ex Urs. Dutens. Sic fort. etiam **AB**. Par. I.: *κατέχον* (ω superscr.). Flor. Urs.: *κατέχων*. mrg. cod. Par. III: *κατέχον ἢ κατέχων*. Vulgo et Parr. II. III: *κατέσχε*.

τοὺς ἀμφὶ] Vulgo *τῶν ἀμφί*. Recepit nostram lect. ex Urs. Iung. Nec aliter, ut videtur, **AB**.

εὐφροσύνης] Moll.: *καὶ εὐφρ*. Sed recte *Abresch*. Adnot. ad quaed. loc. N. Test. p. 617. observat eum frustra infarcire illud *καὶ* ante *εὐφρ*., cum nullus scriptor uno Xenophonte Ephesio excepto *ἀσυνδέτως* iuncta aeque habeat in deliciis. Idem confert haec eiusd. Longi paulo supra sic dicentis: *παυσάμενος δακρύων καὶ εὐχῶν, ἀράμενος τὰς φυλλάδας*. Infra l. III. c. 7. *ἀμέλειαν φυλάξας, κρέας ἁρπάσας*. Vill. p. 127.

CAP. XXV.

ὅσον δέκα σταδίους] Par. II. et III: *ὅσον σταδίων*.

καταδρομῇ] Par. III: *παραδρομῇ*.

διορμίσας] Hic excidisse putat Cour. V. G. p. 235. verba, quae infra c. 26. leguntur: *ἀπὸ τῆς ὀρθίου πέτρας, τῆς ὑπὲρ τὴν ἄκραν*.

ἡ γῆ πᾶσα] Sic **AB** Cour. Vulg. *πᾶσα ἡ γῆ*.

λάμπεσθαι πυρί] Longum h. l. imitatum esse Homerum Od. *T*. v. 37 sqq. animadvertit Vill.

ῥόθιος] Sic Lucian. Amor. t. II. p. 404. [c. 6.] *ῥοθίῳ τῷ τῶν ἐλατήρων*. et in Lexiph. t. II. p. 337. [c. 15.] *τοῦ δρόμου τὸ ῥόθιον* p. 528. [Toxar. c. 19.] *ὡς τὸ ῥόθιον ἐπιδέχεσθαι τῆς ὁρμῆς*. et metaph. p. 560. [Toxar. c. 55.] *τὸ ῥόθιον τοῦ θυμοῦ*. De voce *ῥοθίῳ* vide praeter Hesych. et Suid. [et Phot. pag.

490, 29.] *Ducker.* ad Thucyd. qui hoc vocabulo usus est l. IV. c. 10. ut et Plutarch. Moral. p. 245. C. 271. B. 439. A. 494. A. et 778. B. Eurip. Iph. Taur. v. 407:

ἢ ῥοθίοις εἰλατίνοις, δικρότοισι κώπαις.

V. eumdem et v. 426. et v. 1134. ῥοθίαις πλάταις et v. 1387.

λαβέσθε, κώπαις τε ῥόθια λευκαίνετε.

et in Cycl. v. 17.

παῖδές τ' ἐρετμοῖς ἥμενοι, γλαυκὴν ἅλα
ῥοθίοισι λευκαίνοντες.

Confer eumdem et in Androm. v. 1096. et Aesch. in S. c. Theb. v. 368. et in Prom. v. 1047. Hom. Od. Ε. 412.

ἀμφὶ δέ τε κῦμα
βέβρυχεν ῥόθιον.

Vill. p. 128 sp. V. *Proclum* ad Hesiod. Ἔργ. κ. Ἡμ. v. 218. Boiss.

ἄλλος ἄλλον ἐκάλει] Emendatio Mollii. Vulgo ἄλλος ἐκάλει. Amyot: *l'autre appellait ses compagnons.*

καὶ σχῆμά τις ἔκειτο νεκροῦ μιμούμενος] Sic scripsi ex coniectura Villoisoni, in quam etiam ego incidi, quum viderem cod. B habere: καὶ σχῆμά τις ἔκειτο νεκροῦ μιμούμενον. A: καὶ σχῆμά τι ἔκειτο νεκροῦ, cuius libri vestigia secutus edidit Cour.: καὶ σχῆμά τις ἔκ. νεκροῦ, omisso verbo μιμ. Vulgata lectio: καὶ σχῆμά τι ἔκειτο νεκροῦ μιμούμενον, in qua Valck. v. νεκροῦ in νεκρὸν mutavit, sicut Schaef., qui praeterea scripsit σχήματι. Boiss. probat id, quod recepi. Similiter Charit. l. III. cap 9. p. 80. Lips. ὁ μὲν οὖν ἔκειτο καὶ σχῆμα καὶ χρῶμα νεκροῦ ποιήσας. quem loc. etiam Vill. affert.

ὁρᾶν] Cour. ex coniect. εἶναι. B: εἴκασεν ἄν τις . . ε . . . γυκτ. Ceteri libri in vulg. consentiunt.

C A P. XXVI.

ἡ ἡμέρα] Sic A. Probat Cour. ad Luc. As. p. 211.

αἱ οἶς] Omn. libri οἱ. Correxit Iungerm. Ceterum vulgo ὄϊες. AB: οἶες. V. *Sinner.* ad l. I. c. 5.

ὠρύοντο] c. 30. τὸν τῶν προβάτων ὠρυγμόν. —— Dicitur et de canibus apud Theocr. Id. II. v. 35.

ταὶ κύνες ἄμμιν ἀνὰ πτόλιν ὠρύονται.

Appian. d. B. Civ. l. IV. p. 591. HSteph. τέρατα καὶ σημεῖα

ἐν Ῥώμῃ πολλὰ καὶ φοβερὰ ἦν· κύνες τι γὰρ ὠρύοντο ὁμαλῶς οἷα λύκοι. VILL. p. 130. Adde Bion. I. 18. ubi v. *Wakef.* Plutarch. περὶ Δεισιδ. c. 8. κυνῶν λύκοις ὠρυομένων ὅμοια.

πίτυος ἐστεφανωμένη] Sic l. I. c. 28 στεφανωσαμένη πίτυϊ. c. 28. τῆς πίτυος ἐστεφανωμένη. c. 30. τὴν ἐπανθήσασαν τῇ κεφαλῇ πίτυν. c. 31. στεφανώσαντες πίτυος.

πηδῶντες — τὰς ναῦς ἐξ ἁλὸς] Sic vulg. et codd. Quod Schaef. et Cour. dederunt profectum est e coniectura Villoisoni, quae commodiorem vulgata quum exhibeat sententiam, eam libenter recepissem, si modo ab uno confirmaretur libro manu exarato. At vero contra omnium librorum consensum in tali re nihil tentare sum ausus, praesertim quum etiam vulgata ferri possit ea ratione, qua in Latinis significavi. Accedit quod, si de vocum transpositione exploratum esset, incertum maneret, utrum ἐξ ἁλὸς πηδῶντες aut πηδῶντες ἐξ ἁλός esset scribendum.

ὑπὲρ τῆς ὀρθίου πέτρας τῆς ὑπὸ τὴν ἄκραν] Quod Cour. h. l. ὑπὲρ in ἀπὸ et ὑπὸ in ὑπὲρ de suo mutavit, id sine idonea causa factum est. Nusquam enim apud nostrum legitur, illam rupem ὑπὲρ τὴν ἄκραν fuisse, non ὑπὸ τὴν ἄκραν. Etiam Iacobs. Courerio videtur assentiri quum vertat: *Auch wurde von dem schroffen Felsen herüber, der über dem Vorgebirge lag, der Ton der Syrinx vernommen.*

μηνίοντός τι] Par. III: μηνύοντός τι. — Omnino legendum μηνίοντος pro quo frustra Par. editor coni. μηνιῶντος, cum pariter dicatur μηνίω et μηνιάω. Idem male coniicit ἐπὶ τοῖς ναύταις, pro τι τοῖς ναύταις; nam μηνίω cum dativo, sine praepositione, construitur. Hom. Il. Α. v. 422. Μήνι' Ἀχαιοῖσιν. Et Il. Σ. v. 257.

Ὄφρα μὲν οὗτος ἀνὴρ Ἀγαμέμνονι μήνιε δίῳ.

Ut autem in posterior. Paris. ed. Longi, sic et in prima Achill. Tatii, male μηνύματα pro μηνίματα positum fuit, de quo v. *Bod.* ad Ach. Tat. l. V. c. 25. [pag. 127, 33. ib. *Iacobs.*] Idem Ach. Tat l. V. p. 498. habet μήνιμα ἐκ τοῦ θεοῦ. Vox autem μήνιμα est Homerica et occurrit Il. X. v. 358. et Od. Λ. v. 73. Xenoph. autem Ephes. l. I. p. 2. μηνιᾷ πρὸς ταῦτα ὁ Ἔρως. Et lib. III. pag. 53. μηνίσαι μὲν ἐκείνη scilic. Isis. VILL. pag. 131. Adde *Wessel.* ad Herod. p. 414. 584. et 694. Cf. *Dorv.* ad Char. p. 170. Amst. SCHAEF. p. 369.

τὴν αἰτίαν συμβαλεῖν] Xenoph. Eph. l. I. p. 9. συμβάλλειν

δὲ τὰ τοῦ θεοῦ λόγια οὐκ ἐδύναντο. Heliod. l. I. p. 2. καὶ τοῦτο παρῆν συμβάλλειν καὶ τοῖς πόῤῥωθεν. Vill. p. 132.

οὐκ ἀθεεί] Vox haecce poëtica reperitur etiam apud Heliod. l. VI. c. 4. p. 229. ὡς καὶ νῦν οὐκ ἀθεεὶ γενέσθαι δοκεῖν.

CAP. XXVII.

βοῶν καὶ αἰγῶν καὶ ποιμνίων] Sic Schaef. ex Urs. quocum facit B. A: ἀγέλας δὲ ποιμνίων καὶ βοῶν. Ceteri libri et vulg. m. v. ποιμνίων, servant autem καὶ post αἰγῶν.

οὔτ' οὖν] Sic Cour. ex AB. Vulgo οὔτε οὖν.

ἀποδώσεις] Librarius cod. Par. III. transitu loco huic aptissimo a plurali ad singularem offensus temere exaravit ἀποδώσετε.

CAP. XXVIII.

πάνυ οὖν] οὖν om. Parr. B. Habet mrg. Par. III.

τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο] Sic noster supra pag. 9. l. 10. infra p. 115. l. 21. Pseudo-Themist. Epist. XI. pag. 56. Sch. Ἀλλ' ὁ Πύθιος αὐτοῖς (καὶ γὰρ τοῦτό με ἐκάλουν —) κ. τ. λ. quem locum tractavit Dorv. ad Char. p. 685. Amst. Videndi de hac locutione Jensius ad Lucian. t. I. p. 235. et Locella ad Xen. Eph. p. 270. Longus p. III. l. 11. paulum variata oratione: Τοῦτόν τε οὖν Βύδρομον (οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο, —) κ. τ. λ. Schaef. p. 369.

ἐκέλευσε — ἀναζητεῖσθαι Χλόην] Exspectasses ἀναζητῆσαι. Ne tamen vulgatam, utut latinitatem sapiat, tentaveris. Infra pag. 140. l. 14. κελεύσας λαμπρὰν ἑστίασιν παρασκευασθῆναι. Schaef. p. 370. (Lucian.) Asin. c. 47. κελεύει με εἴσω ἄγεσθαι. Heliod. l. VII. c. 22. p. 294. τὴν γραῦν ἐπὶ κεφαλὴν ἐξωσθῆναι προστάξασα; et sic saepissime posterioris aetatis scriptores.

σύμβολον δὴ ποιούμενος] V. quae supra [c. 26.] observavimus in συμβαλεῖν. Saepe autem σύμβολα sunt signa, prodigia, omina, quae fulgure, tonitru aliisque id genus διοσημείοις petebantur, inquit Ernesti, in Ind. Memor. Socr. ad haec Xenoph. l. I. c. 1. ὅσοι μαντικὴν νομίζοντες οἰωνοῖς τε χρῶνται καὶ φήμαις καὶ συμβόλοις. De quibus συμβόλοις adeundum monet Spanhem. ad Callim. H. in Pall. v. 123. Heliod. l. IV. p. 166. ἐγὼ μὲν ὅπη τείνει τὸ ὄναρ συνέβαλλον. l. II. p. 65. τοῦτο δὲ (τὸ ὄναρ) ὧδε συμβάλλω. l. I. p. 55. συνέβαλε τὴν ὄψιν, ut

bic *σύμβολον τῆς ἐν τοῖς ἀπείροις ὄψεως ποιούμενος*. Vill. p. 134.

ἐπ' αὐτῆς τῆς ναυάρχιδος] Sic Urs. AB. Recepit Bod. Vulg. om. *τῆς*.

τοῖς κέρασι τῶν χηλῶν] A: *τ. κ. τ. βοῶν* teste Cour. ad V. G. p. 237. quod in *ποδῶν* mutat idem V. D. Brunck. an dici possit *χηλῶν κέρας* dubitat.

κρημνοβατεῖν] Huius verbi valde rari exemplis in Stephani Thes. c. 5321 D. allatis accedat aliud ex Philon. Iud. *Περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον.* init. *τὸν μὲν οὖν τῶν Πυθαγορείων ἱερώτατον θίασον λόγος ἔχει, μετὰ πολλῶν καὶ ἄλλων καλῶν, καὶ τοῦτ' ἀναδιδάσκειν, ταῖς λεωφόροις μὴ βαδίζειν ὁδοῖς· οὐχ ἵνα κρημνοβατῶμεν· οὐ γὰρ ποσὶ κάματον παρήγγειλεν, ἀλλ' αἰνιττόμενος διὰ συμβόλου· τὸ μήτ' ἔργοις μήτε λόγοις δημώδεσι καὶ πεπατημένης χρῆσθαι. κρημνοβάτιδες ὀρειδρόμοι αἶγες* apud Manass. l. VI. v. 12. p. 375. Boiss.

C A P. XIX.

καθάπερ χορός] Sic Anacreon Od. LI. [XLIX. 27.]

χορὸς ἰχθύων δὲ κυρτός,
ἐπὶ κυμάτων κυβιστῶν,
Παφίης τὸ σῶμα παίζει.

Vill. p. 135.

ἐχομένων] Sic Cour. ex AB. Vulgo *ἐνεχομένων*.

καλοῦντος] Sic Urs. AB. Cour. Vulg. *ἐκκαλοῦντος*.

τὸν Πᾶνα ἀνευφημούντων] Infra c. 31. *εὐφημοῦντες τὸν θεόν*. et l. III. c. 28. *πρὶν τὰς Νύμφας εὐφημῆσαι*. Achill. Tat. in re simili: l. III. p. 248. *τοὺς θεοὺς ἀνευφημοῦμεν*. De hac autem loquendi formul. cf. *D'Arnaud.* Lectt. Grr. l. I. c. 8. p. 52 sq. Vill. p. 135. Heliod. l. II. c. 27. *ὁ δὲ – ὅμιλος ἀνευφήμησαν τὸν θεὸν τῆς ἐπ' ἐμοὶ – προφητείας*. Charit. l. IV. c. 3. fin. *οὕτως καὶ τοὺς μετὰ Χαιρέου ἀνευφημήσουσιν*. Hanc huius verbi constructionem et significationem neglexerunt lexicographi.

στοιχείοις ἀμφοτέροις] I. e. *terra marique*. Sic Charit. p 122. ubi v. *Dorvill.* [p. 579. Lips.] Vill. p. 135.

προῄεσαν ἅμα καὶ ἐνέμοντο τερπόμεναι] Sensus, quem nullus interpres expressit, hic est; *ita, ut inter procedendum pascerent cantus dulcedine delinitae.* Sic saepius eleganter adhiberi

τὸ ἅμα ad Theocr. Id. II. v. 21. πάσσ' ἅμα καὶ λέγε ταῦτα vere monet *Valckenar*. Sic supra apud Longum l. I. ἅμα φυλάττων μὴ φύγῃ, ἐπυνθανόμην. l. III. c. 4. ἅμα τε εὐχόμενοι τέχνην ἐζήτουν. c. 18. ἐκέλευσεν – φιλοῦντα ἅμα περιβάλλειν. c. 29. fin. ἅμα τε ἐδίδου καὶ περιβαλὼν κατεφίλει. Vill. p. 135 sqq.

CAP. XXX.

ὑπὸ τῷ στελ.] Vill. et Brunck. ἐπὶ τῷ στ. coniicientes errant.

συρίσματα] Sic Urs. Parr. I. II. A B. Cour. Vulg. συρίγματα, quemadmodum etiam c. 35. συρίγματα. Eadem huius vocis est ratio, quae vocum a v. σαλπίζω ductorum, de quibus cf. *Lobeck*. ad Phryn. p. 191.

διὰ τὰς Νύμφας] Sic et Charit. l. IV. p. 71. ζῶ διὰ Μιθριδάτην. *Abresch*. qui Anim. ad Aeschyl. p. 95. hunc usum praepos. διὰ tradit confert et nostrum l. II. c. 7. διὰ τοῦτον καὶ ποταμοὶ ῥέουσιν. Vill. pag. 136. — *per Nymphas, Nympharum opera*. V. *Brunck*. ad Aristoph. Thesmoph. v. 414. Schaef. p. 370. Plura contulerunt *Sintenis*. ad Plutarch. Themist. pag. 121. et *Alberti* ad Xenoph. Eph. l. IV. c. 2. Lysias ὑπὲρ τοῦ σήκου §. 5. εἰ γὰρ μὴ δι' ἡμᾶς εἰσιν ἠφανισμέναι. Cf. etiam nonnulla ex iis, quae *Hoogev*. ad Viger. p. 588. congessit.

κομίσουσαν] Sic Vill. e Par. I. quod etiam A B tueri videntur. Vulgo κομίζουσαν.

πρέπει] Ita Cour. ex A B: πρέπον, ut ed. Iunt. Ceteri: πρέποντα

ἀπέδειρε] Par. III: ἀπέδειξε.

ἀνέθηκεν] Par. III: ἐνέθηκε. — δέρμα] Cervorum et id genus ferarum cornua de arboribus sacris suspensa numinibus dedicabant. Apul. init. Florid. Propert. l. 2. Ovid. alii. Longus mox etiam de hircinis una cum pelle Pani consecratis. Ut autem cornua sic etiam pelles ferarum animantium quarumlibet ad arbores diis suspendebant venatores. Apul. ibid. Et in Epigr. Graec. apud Silentiar. leonis pellis in pinu dedicatur Pani; apud Zonam in iisdem Epigr. lupi pellis in platano eidem Pani. Sic et noster Nymphis hic pellem caprillam: mox Pani hircinam suspendit. Priora, quae attuli, nobis omnia imputat P. Coluius Not. ad Apul. locum dictum. Sed et ὁ μυ-

ἄνθρωπος Timo apud Lucian. c. 42. thesauro invento: *ὦ δίκελλα*, ait, *καὶ φιλτάτη διφθέρα, ὑμᾶς μὲν τῷ Πανὶ τούτῳ ἀναθεῖναι καλόν.* IUNGERM.

CAP. XXXI.

ἐπέσπεισε] Sic scripsi ex A. probante Cour. V. Gall. pag. 238. quemadmodum iam Brunck. coniecerat. Vulgo: *ἀπέσπεισε*.

ὑποσωρεύσας] Sic corr. Schaef. vulgatam *ἀποσωρεύσας*, quemadmodum iam indicaverunt Le Fevre et H. Toll. A: *ὑποστορεύσας*. Flor. Urs. mrg. Par. III. B: *ὑποστορέσας*, quod probavit Brunck., recepitque Cour. Ego non dubito, quin *ὑποστορέσας* librariorum debeatur correctioni, qui vocem usitatiorem minus notae substituerint. Reperitur quidem l. IV. c. 38. *ὑποστορέσας* in simili sententia, sed eo non tam convellitur, quam firmatur ratio mea.

ποτῷ] Parr.: *πότῳ*.

ποιήσῃ] Sic AB Cour. Vulgo *ποιήσει*. V. ad l. I. c. 19.

αὐτοῦ - ἐν τῷ ἀγρῷ] In talibus *αὐτοῦ* fere abundat. Pausan. l. II. c. 28. *κατὰ χώραν δ' αὐτοῦ λείπουσιν*. quem locum sine causa tentat Fac. Noster p. 143. l. 16. *αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ ἄντρου*. V. *Valcken.* ad Herod. p. 339. Similia haec: *αὐτοῦ ταύτῃ*, quo nihil frequentius in Herodoto, *κεῖθι αὐτοῦ, αὐτοῦ τῇδε*, de quibus *Ilgen.* ad Hymn. Hom. p. 319. 411 s. *αὐτοῦ ὧδε* Meeag. Epigr. LXIII. SCHAEF. p. 371.

κοιμηθέντες] Vulgatam *κοιμηθέντος* correxit Iungerm. ex Amyot. Urs. Sic etiam superscriptum in Par. III. et fort. AB.

τῇ πίτυϊ] Scil. *ἔνθα τὸ τοῦ Πανὸς ἄγαλμα ἵδρυτο*, ut dixit supra c. 24. Recte Amyot: *vers l'arbre sous lequel étoit l'image du dieu Pan.* Vidisti supra c. 23. *τὸν Πᾶνα ἐκεῖνον τὸν ὑπὸ τῇ πίτυϊ ἱδρυμένον*. Hinc c. 32. *τὰ κλήματα τῆς κόμης τῆς πίτυος ἐξήρτων*. c. 39. *Δάφνις τὸν Πᾶνα ὤμοσεν ἐλθὼν ἐπὶ τὴν πίτυν*. l. III. c. 12. *δρόμος - ἐπὶ τὸν Πᾶνα καὶ τὴν πίτυν*. VILL. p. 138 sq.

κέρασιν αὐτοῖς] V. *Lobeck.* ad Phryn. p. 108.

ποιμενικὸν ἀνάθημα ποιμενικῷ θεῷ] Erycius Cyzic. Epigr. I. 6. *νομίῳ καλὸν ἄγαλμα θεῷ* ubi Iacobs. Longi locum apte comparat. SCHAEF. p. 371.

CAP. XXII.

ὁ βουκόλος Φιλητᾶς] Sic scripsi ex A. Vulgo: ὁ Φιλητᾶς βουκόλος quod Schaef. mutavit in: Φιλητᾶς ὁ βουκόλος quemadmodum etiam Brunck. censuit. Cf. *Bast.* ad Gregor. Cor. p. 421. Vill. et Cour. V. G. p. 239. coniiciunt ὁ Φιλ. ὁ βουκόλος. Non est quod ab optimo recedas libro.

λευκὸν παιδίον etc.] Urs.: λευκὸν δὲ παιδίον. In Parr. haec verba usque ad ἔριφος. ἀναπηδήσαντες omissa sunt. B: λευκὸν δὲ καὶ ἀγέρωχον. Hic autem Tityrus dicitur πυῤῥὸν παιδίον, quo sensu πυῤῥὸς usurpatur apud Theocrit. Id. VI. v. 3. i. e. πυῤῥότριχος, ut ipsemet Theocrit. explicat Id. VIII. 3. Priorem Theocriti locum cum hoc Longi loco contulit Warton. in Add. et Corrig. ad Theocr. t. II. pag. 350. Tityrus dicitur πυῤῥὸς καὶ λευκὸς ut in Cantic. Canticor. c. 5. v. 10. ἀδελφιδός μου λευκὸς καὶ πυῤῥός. Supra apud Long. l. II. c. 4. λευκὸς ὥσπερ γάλα καὶ ξανθὸς ὡς πῦρ. Sic Daphnis l. I. c. 24. cum malo contulit Chloës τὸ πρόσωπον, ὅτι λευκὸν καὶ ἐνερευθὲς ἦν, ubi vide, quae annotavimus. Aristaen. l. I. cap. 1. λευκαὶ μὲν ἐπιμὶξ καὶ ὑπερυθροὶ παρειαί. Vill. p. 139 sq.

ἀγέρωχον] i. e. *procax, petulans, lascivus.* Supra l. I. c. 28. φόβῳ τῶν ἀγερώχων ποιμένων. Infra l. IV. c. 7. Λάμπις τις ἦν ἀγέρωχος βουκόλος. Vidisti l. II. c. 4. infantis Amoris ἀγερωχίαν Vill. p. 140.

πλησίον αὐτῶν] Vulgo αὐτῶν. Correxit Vill.

συμπότην] Parr. Flor.: σύμποτον.

καὶ οἷα δὴ] Sic AB. Cour.

ὑποβεβρεγμένοι] Casaub. I. ad Athen. 22. sic: „Elegans verbum ὑποβρέχειν (ibi apud Alexin) pro ὑποπίνειν, *pitissare* et ut Neronis verbum usurpem *subbibere:* nam βρέχειν pro *bibere* ponebant, ut ante dictum." His Longi locum addit. Neroniana sunt apud Sueton. Neron. c. 23. Heliod. l. I. [c. 15. pag. 27, 3. ibiq. *Cor.*] Μελήσει δέ μοι καὶ ὑποβεβρεγμένον αὐτὸν κατακλῖναι παρασκευάσαι ubi bene interpres: ut *cum aliquantum adbiberit.* Idem. l. II. ὡς λίαν ἀπροσδιόνυσος καὶ ταῦτα ὑποβεβρεγμένος. cuius loci elegantiam non vidit interp., vidit Commelinus. Lucian. ὀνείρῳ: βαθείας ἤδη ἑσπέρας ἧκες ὑποβεβρεγμένος. Idem Deor. Dial. [XXIII. ib. *Hemsth.*] Ἀπολλ. καὶ Διον. ἐπειδὴ ἀνε-

παυσάμεθα ἐν τῷ συμποσίῳ ἱκανῶς ὑποβεβρεγμένοι etc. Iungerm.

ἡνίκα ἦσαν] Sic Moll. ex Urs. Sic etiam A B. Vulgo: ὅταν ἦσαν.

δεύτερα συρίσας] Theocr. Id. I. v. 3.

Συρίσδες μετὰ Πᾶνα τὸ δεύτερον [αθλον ἀποίσῃ].

Quem locum cum hoc Longi contulit Toup. Add. in Theocr. p. 369. Mosch. Epit. Bionis v. 53:

μὴ δεύτερα σεῖο φέρηται.

Hanc autem loquendi formulam docte illustrat *Markland.* p. 106 sqq. Epist. Crit. ad Francisc. Hare. Sic apud Achill. Tat. l. II. [cap. 3. pag. 28. 2. ib. *Iacobs.*] κρατῆρα παρέθηκεν μετὰ τοῦ Γλαύκου τοῦ Χίου δεύτερον. i. e. qui soli cederet poculo, quod elaboraverat doctissima illa manus Glauconis Chii, celeberrimi artificis, de quo mentio apud Herod. l. I. c. 25. Et hic quidem huiusce loci sensus est, quem non ceperunt eruditissimi intpp. Vill. p. 141.

σεμνολόγημα] Heliod. l. IX. [c. 22.] p. 445. Αἰθιοπικὰ σεμνολογήματα. Vill. p. 142.

CAP. XXXIII.

ὁ οὖν Δάφνις] Sic edidi ex Urs. A B. Vulgo ὁ δὲ Δάφνις.

οἷα ἐν στόματι] Corr. coniec. οἷάγε στομ.

παιδός] Mrgo Par. III: ποδός.

ἀπεχούσης] Parr.: ἐπεχούσης.

ἐγκόμβωμα] Videantur Grammatici Graeci, item Nonius; ante omnia vero elegantiss. epistola Photii ρνζ΄ ad Georgium Metropolitam Nicomediae, quam insererem, si temporis ratio pateretur. Iungerm. Pollux. l. IV. c. 18. τῇ δὲ τῶν δούλων ἐξωμίδι καὶ ἱματίδιον πρόσκειται λευκόν, ὃ ἐγκόμβωμα λέγεται ἢ ἐπίβλημα. Vill. pag. 142. Vid. Toup. Em. Suid. v. I. p. 156. *Wakefield.* Silv. Critt. p. V. p. 156. *Gesner.* Thes. L. L. v. *Encomboma.* Schaef. p. 371 sq.

αὐτοῖς] om. Iunt.

αἰπόλος] Hanc vocem vulgo omissam restituit Dutens. e Parr. Sic etiam Amyot et A B.

C A P. XXXIV.

τὸ ὄργανον] Sic omn. libri et edd. Vill. et Dutens. ex Koen. coniectura ad Greg. Cor. p. 418. τὸ ἀρχαῖον; quae coniectura a Schaef. et Iacobsio h. l. et a Bastio ad Gregorium l. l. iure est reiecta. Amyot. quidem: *cette Syringe n'étoit point anciennement un instrument de musique.* Cour. V. G. p. 205. pro glossa habet v. τὸ ὄργανον. — Hanc de Syringe fabulam refert etiam Achilles Tatius l. VIII. c. 6. quem expressit Nicetas Eugen. l. III. v. 298 sqq.

ἴδεν οἷον νῦν] Amyot: *le dieu Pan la voyoit, comme il nous fait maintenant;* unde legisse videtur: εἶδεν.

ἔπειθεν ἐς ὅ τι ἔχρῃζεν] Supra c. 13. ἐς ὅ τι ἔχρῃζεν, ἐχρήσατο. Sed hic est elegans et verecunda in re minus honesta circumductio. Sic apud Xenoph. Memor. l. I. c. 2. Socrates Κριτίαν αἰσθανόμενος ἐρῶντα Εὐθυδήμου καὶ πειρῶντα χρῆσθαι, καθάπερ οἱ πρὸς τὰ ἀφροδίσια τῶν σωμάτων ἀπολαύοντες. Praeterea ἔπειθεν hic non est *persuadebat*, sed *persuadere conabatur*; ut [cap. 37. in. et] apud Xenoph. Eph. l. I. p. 20. πείθει μὲν οὗτος τὴν Ἁβροκόμην, i. e. *persuadere tentabat*, de quo v. Miscell. Obss. v. x. t. I. p. 217. et *Markland.* ad Lysiam ὑπὲρ τοῦ στρατιώτου pag. 334. t. V. Oratt. Reisk., similia congerentem exempla in quibus voluntas, non effectus, hisce loquendi formulis innuitur. Vill. pag. 144. Veram horum verborum explicandorum rationem monstravit *Schaefer.* Appar. Demosth. t. I. pag. 337. Cf. etiam *Hermann.* ad Soph. Aiac. 1105 sqq.

διδυματόκους] Sic AB. Cour. Vulgo διδυμοτόκους. V. *Buttmann.* Gr. Gr. t. II. p. 350. *Lobeck.* ad Phryn. p. 660 sq.

ἔφη δέξασθαι] Schaefer. hic futurum videtur requisivisse, quam sententiam retractavit ad Theocrit. XXVII. 60. pag. 227. Cf. *Lobeck.* ad Phryn. p. 749. *Passow.* ad Xenoph. Ephes. p. 69. *Foertsch.* Obss. Lys. p. 56. ἔφη - ἀπολύσασθαι Dion. Hal. Arch. 2298, 5.

ἡ Σύριγξ - βίαν] Om. Flor. Habet tamen mrgo eiusd. cod.

φεύγουσα, κάμνουσα] Toup. Em. Suid. t. I. p. 92. requisivit καὶ κάμν. — Hic omittuntur coniunctiones, ut magis praeceps feratur orationis impetus. Sic supra ταύτης νεμούσης, παιζούσης, ᾀδούσης. V. quae supra pag. 127. ad cap. 24. annotavi-

mus. Adde *Abresch.* pag. 208. Lectt. Arist. et *Dorv.* ad Char. p. 514. [p. 513. et 642.] Vill. p. 145.

ταμὼν] Parr. I. II: τεμών. Par. III: ταμών.

τὸ πάθος μαθὼν] Amyot: *connut son inconvénient, car elle avoit tournée en une canne.* Ultima haec verba in edd. et codd. non leguntur.

τὸ ὄργανον νοεῖ καὶ τοὺς καλάμους κηρῷ συνδήσας ἀνίσους] Facillima, quae huic loco corrupto afferri potest medicina, ea est, ut expungatur part. καί, in quo etiam plerique qui hunc tractaverunt locum consenserunt critici; quamquam etiam non incredibile est in seqq. vocibus excidisse verbum, quod vocula καὶ cum νοεῖ fuerit coniunctum quae est Villois. et Cour. sententia, qui quidem etiam rationi priore loco allatae favent. Passow. distinguendo verba locum iuvare studuit eo modo ut coniungerentur vv: τὸ ὀργανὸν νοεῖ καὶ τοὺς καλάμους, κ. σ. ἀν. At tum non intelligitur, qui Pan dici possit νόῆσαι καλάμους.

καὶ ἣ τότε πάρθενος καλὴ] Vulgo καὶ ἡ τότε. Bene correxit Cour. Similiter correxit Schaef. l. III. c. 8. καὶ ἣ χαίρουσα τοῖς τε ἄλλοις ὥρεξε ex cod.

CAP. XXXV.

αὐλῶν μεγάλων] Villoisoni coniecturam καλάμων μεγάλων amplexi sunt Cour. V. G. p. 240. et Schaef. ad Gregor. Cor. p. 1049. Brunck. legi vult καυλῶν. Sed iure vulgatam tuetur Iacobs. V. Germ. loco ex Anthol. Pal. IX. 365. 7. allato: ἵσταται ἀμφαφόων κανόνας συμφραδμόνας αὐλῶν. Cf. etiam Achill. Tat. p. 174. ed Iac. et seq.

καὶ ἵνα κεκήρωτο τῷ χαλκῷ, πεποίκιλτο.] Flor. mrg. Par. III: καὶ ὅτι κ. τ. χ. π. A: καὶ ὅτι κεκήρωτο χαλκῷ. In retinendo articulo et in verbis distinguendis secutus sum Schaefer. ad Gregor. Cor. pag. 1049. quem vide. Vulgo distinguuntur verba: καὶ ἵνα κεκήρωτο, τῷ χ. π., quae distinctio si servatur necessario articulus delendus est, quemadmodum quondam statuerunt Schaef., Brunck. et Bastius ad Greg. Cor. pag. 421. et edidit Cour. vertitque Iacobs.

ἔπειτα] Villoisoni coniecturam ἔπ. δὲ acerbe perstringit Brunck. his verbis: L'editeur n'est pas heureux dans ses con-

jectures. Il en a déjà proposé une infinité sur lesquelles je n'ai rien dit et que je n'approuve pas. Je ne peux pas m'empêcher de remarquer ici que ἔπειτα tient la place de δέ, et qu'il n'y a rien de plus commun que de trouver dans le premier membre d'une phrase la particule μὲν sans que δὲ suive dans le second. Voyez l. IV. c. 12. — Ensuite διέτρεχεν, [quod pro διατρέχει coniec. Vill.] seroit une grosse faute. Car alors il faut traduire *permeavisse*, ce que fait un sens tout différant. Ensuite voyant que le souffle y *passoit* sans embarras, et non pas y *avoit passé*."

αἰπολίῳ] Amyot videtur legisse *αἰπόλῳ* vertens: *quel son est mieux séant à un chevrier*.

τὸ ποιμνίων] Hanc Iungermani coniecturam confirmant Par. II. AB et Amyot: *celui des brebis est doux* vertens. Edd. vett. *ποίμνιον* Urs. Par. I. III: *ποιμενικόν*.

CAP. XXXVI.

Tales mimicae saltationes, qualis hoc cap. et seq. narratur, quantopere apud veteres in usu fuerint, cum ex aliis scriptoribus tum ex Luciani libro de saltatione et ex Xenoph. Sympos. c. IX., ad quem l. cf. *Boettiger*. Excurs. p. 223. ed. Born., intelligitur. Suavissime talem depinxit saltationem *Bernardin Saint Pierre* in egregia illa fabula, in qua non raro nostrum scriptorem imitatus esse videtur: Paul et Virginie p. 71 sq. versionis Neo-graecae *N. S. Piccoli*, quam descriptionem cum nostro loco compara. V. etiam l. IV. c. 38.

CAP. XXXVII.

τρίτος δὴ γέρων οὗτος] Porson. Adv. p. 191. ed Lips. coniecit *τ. δ. γ. οὕτως*. Sed mutatione non opus. *τρίτος γέρων* est appositio v. *οὗτος*. Tres enim senes ut recte animadvertit Vill., excelluerant, Lamon narratione, Philetas fistula et tertius Dryas saltatione.

ὥστε ὁ Φιλητᾶς] Articulum ex AB inseruit Cour.

CAP. XXXVIII.

συνάγουσα] Le Fevre ingeniose coniicit *συνᾴδουσα*; sed retinendum censeo *συνάγουσα*. Sic supra l. I. c. 22. καίτοιγε

ἐπεπαίδευντο καὶ φωνῇ πείθεσθαι καὶ σύριγγι θέλγεσθαι. c. 27. καὶ ἐτέρποντο αἱ βόες αὐτῆς τῇ μουσικῇ καὶ ἔνεμεν οὔτε καλαύροπος πληγῇ οὔτε κέντρου προσβολῇ, ἀλλὰ — ἧδε Πᾶνα καὶ Πίτυν καὶ αἱ βόες τῇ φωνῇ παρέμενον. c. 29. ἐπαίδευσα τὰς βοῦς ἠχῷ σύριγγος θέλγεσθαι καὶ διώκειν τὸ μέλος αὐτῆς. l. IV. c. 14. σύριγγος γοῦν ἀκούουσαι ποιοῦσι πάντα. l. II. c. 3. βοῶν δὲ πολλῆς ἀγέλης ἡγησάμην μόνῃ μουσικῇ. c. 7. κατέκλων τὰς σύριγγας, ὅτι μοι τὰς μὲν βοῦς ἔθελγον, Ἀμαρυλλίδα δὲ οὐκ ἦγον. c. 28. σύριγγος ἦχος – ποιμενικὸς καὶ οἷος εἰς νομὴν ἡγεῖται ποιμνίων. c. 29. τῶν δὲ αἰγῶν καὶ τῶν προβάτων ἡγεῖται σύριγγος ἦχος. [Adde l. IV. c. 15. ubi vide et Heliodor. l. V. c. 14. τὴν δὲ νομὴν τῇ ἀγέλῃ πλαγίοις αὐλήμασι διατάττων. τὰ δὲ ἐπείθετο, ὡς ἐδόκει, καὶ ἠνείχετο πρὸς τὰ ἐνδόσιμα τῆς σύριγγος ποιμαινόμενα.] Haec est autem illa εὐνομία μουσικὴ cap. 35. Vill. p. 149.

ὅ τε Δάφνις] Vulgo ὅτε quod correxit Dutens. et confirmat B. A: ὁ δὲ Δάφνις.

καταμαντευομένη] *συμβαλλομένη*. Infra p. 127. l. 17. *ἐδόκει μὴ μαντεύεσθαι ἐπὶ πλέον* ubi v. Vill. Schaef. p. 379. Demosth. Orat. Fun. 1400, 5. ib. Reisk. Appar. Dem. t. V. p. 628. Schaef.

ἐγκρύψασα] Sic emendavit Moll. vulgatum *ἐγχύψασα*, quam emendationem firmat B. A: *ἐκκρύψασα αὐτήν*.

CAP. XVI.

λαβὴν] Haec est lectio vulgata, quam reposui, non quod eam sinceram esse crederem, sed quod quae initae sunt a viris doctis emendandi rationes, eae mihi non satisfacerent. Difficultatem auget dissensus librorum. A cum Par. III: *λαβεῖν*. B: *λα̃βὴν* (sic.). Par. II: *λαβὴν τὴν, τὴν*. Quod commentus est Toup. Add. in Theocr. p. 397. locum Theocriti Id. XIV. v. 21.

Λάβα τοῦ γείτονος υἱὸς ante oculos habens, *Λάβα*, id recte Schaefer. et qui eum secuti sunt editores spreverunt (v. imprimis Passow.), nihil tamen probabilius proferentes. Nam neque Schaeferi *δῆθεν* neque Courerii *ἐκείνην* ex eo sunt numero quae quis possit probare, quod etiam intellexit Iacobsius, quamquam eius, quem posteriore nuncupavi loco, viri docti coniecturam in Germanicis expressit. Vulgatam explicare conati sunt Alberti ad Hesych. t. II. p. 406. et Vill., ille ut *λαβὴν* ad *γυναῖκα* referret, quasi *γυναῖκα* Longus vocaret *λαβὴν praetextum*, hic ut *λαβὴν* adverbialiter positum esse acciperet, ita ut idem sit, quod *πρόφασιν*. Sed haec Vill. ratio (ut de sententia Alberti taceam,) in eo habet multum offensionis, quod tum in alia sede esset collocandum hoc verbum et quod eius ea significatione usurpatae vocis exempla desiderantur. Reperitur quidem *λαβὴν* adverbialiter usurpatum, sed alia significatione. Arsen. narrat in Violet. p. 128: *Ὁ Ἀλκιβιάδης ἐλήφθη λαβὴν ἐν παλαίστρᾳ, καὶ μὴ δυνάμενος φυγεῖν ἔδακε τὴν χεῖρα τοῦ καταπαλαίοντος.* Cf. Phot. Lex. s. h. v. Boiss. suspicatur: *ὡς παρὰ τὴν γυναῖκα λαβεῖν τι τὴν τέκτ. ἀπ.*

ἐν ᾗ ἐκαθέζετο] Wyttenb. *ὑφ' ᾗ*. Cour. *ἔνθα* aut *ἵνα*. Facilius essest *ἐφ' ᾗ*. Sed fortassis ne hoc quidem necessarium. V. locum Platon. leg. l. I. p. 625. B. *ἀνάπαυλαι ἐν τοῖς ὑψηλοῖς δένδρεσιν εἰσὶ σκιαραὶ* a Matth. Gr. Gr. p. 1139. allatum. Cf. Philostr. Imm. l. I. c. 22. in. *Μίδας αὐτὸν (τὸν Σάτυρον) — τεθήρακεν ἐν Φρυγίᾳ — τὴν κρήνην οἰνοχοήσας, ἐν ᾗ κεῖται.* Eumath. p. 446. *θροῦς ἦν ἐν βωμῷ καὶ σύμμικτος βοή.*

ἐκ γάρ μοι τῶν χηνῶν] Notabilis est haec praepositionis seiunctio a substantivo. V. *Schaef.* Appar. Cr. ad Demosth. t. III. p. 428. Cf. etiam t. I. p. 657. Eumath. p. 202. *μετὰ γοῦν δὴ πολυτελεῖς τὰς τροφάς.* Cf. imprimis *Bernhardy* Synt. p. 198.

τῶν εἴκοσι] Cour. confert V. G. pag. 251. Hom. Od. XIX, 536: *χῆνές μοι κατὰ οἶκον ἐείκοσιν πυρὸν ἔδουσιν.*

ἀλλ' εἰς] Sic Cour. ex AB. Vulgo *ἀλλὰ εἰς.*

εἰσελθὼν εἰς τὴν ὕλην (μόνη γὰρ δέδοικα) σῶσόν μοι τὸν χῆνα] Sic scripsi ex A, qui quidem cod. *τὴν χῆνα* pro *τὸν χῆνα* exhibet. Vulgata legitur in Vill. et Schaef. editionibus. Ceterum pro *εἰσελθὼν* haud dubie cum Passow. Courerio et Iacobs. scribendum est *συνεισελθών.*

CAP. XVII.

ἀνίσταται] Urs. unus et Flor. ἐγείρεται. alter Urs. servat vulgatam.

ἐρᾶς, εἶπε] Vv. seqq. usque ad δι' ὀνείρατος desiderantur in Parr. I. II. et apud Amyot. Par. III: Ἔρως, εἶπε, δι' ὀνείρατος ἐμοί κ. τ. λ. et sic vertit Amyot: *Amour et les Nymphes cette nuit etc.*

τὰ χθιζά σου] Post has voces vulgo adduntur vv: αἱ Νύμφαι, quae auctoritate codd. AB cum Cour. eieci, qui Epistol. encyclica eas servandas esse censet.

ἄλλα ταῦτα πηδήματα] Vulgo ἀλλὰ quod bene correxit Iungerm. et sic vertit Amyot. Praeterea Cor. παιδεύματα, quod probat Sinnerus praeeunte Chardonio, Mél. t. II. p. 104. locis l. III. c. 18. ἤρχετο παιδεύειν τὸν Δάφνιν et l. IV. c. 40. ὤν αὐτὸν ἐπαίδευσε Λυκαίνιον adductus. Vulgatum πηδήματα commendant ea quae modo praecedunt: καὶ οἷα δρῶσι κριοὶ καὶ τράγοι.

τῶν ἐκεῖ] Iungerm. suspicatur τῶν ἐκείνων.

ἐγὼ δὲ] Cour. ἐγώ σε quod retractavit ad Luc. Asin. pag. 273. Cf. ad lib. I. c. 2.

ἐκεῖνα] Hoc recepit Cour. ex A. Vulgo ἐκείναις.

CAP. XVIII.

αἰπόλος] Quam vim hoc loco vox haec habeat videbis ex Villoisoni annotat ad l. II. c. 9. Adde *Iacobs.* ad Xenoph. Eph. p. 74. ed. Passow. Cf. etiam Theocr. Id. I. v. 87. b. Schol. et Long. l. IV. c. 11. — ἀλλὰ καὶ φύσει παιδεράστης ὢν [ὁ Γνάθων] — ἐπιθέσθαι διέγνω τῷ Δάφνιδι καὶ πείσειν ᾤετο ῥᾳδίως ὡς αἰπόλον.

ἱκετεύει] Sic A. Cour. Vulgo ἱκέτευεν

σηκίτην] Vulgo omissum hoc v. reposuit Cour. ex A. — Theocr. Id. v. 10. Ἄρνα τυ σακίταν λαψῇ γέρας, unde haud dubie ut alia multa sumsit Longus. Cf. etiam Ep. 18, v. 4.

πρωτοῤῥύτου] Flor. et unus Urs.: πρωτορύτου. Alter Urs. vulgatam tuetur. — Etiam hunc locum ex Theocrito desumtum esse notavit Toup. Add. in Theocr. ad Id. I. v. 15. quem v., ubi voc πρωτόῤῥυτος valde esse raram animadvertit.

αἰπολικὴν ἀφθονίαν] Huetius *αἰπολ. ἀφέλειαν* coniecit, quod probav. Brunck. et Iacobs. Simile quid expressit Amyot in Gall. *Adonc le voyant Lycenion plus naïf et plus simple.*

οἵαν οὐ προσεδ.] Olim *οἷα οὐ προσ.* quod Moll. ex Urs. correxit.

ὅσα καὶ φιλοῦντα ἅμα περιβάλλειν καὶ καταχλ.] Sic A et Cour. Vulgo: *καὶ ὅσα φιλ. ἅμ. καὶ περιβάλλειν καὶ κατ. καὶ* ante *περιβάλλειν* om. etiam Parr. I. II. B.

ἐνεργεῖν] Theocr. Id. IV. v. 61: *καὶ ποτὶ τὰν μάνδραν κατελάμβανον, ἁμὸς ἐνάργει.* ubi v. *Valcken.* p. 90. et 91. et *Toup.* in Add. ad Theocr. p. 391. Confer. et *Bergler.* ad Alciphr. p. 423. De hac voce notandus est Eustath. locus p. 762. ed. Rom. in Il. *N.* v. 453. Vill. p. 191.

περιειργάζετο] Sic Urs. A et recep. Cour. et expressit Iacobs. B: *περιεργάζετο.* Ceteri: *περιηγάγετο*, quod Schaef. in *περιήγαγε τὸν* et Burgess. ad Dawes. Misc. Crit. p. 407. Harl. in *περιηγάγετο τὸν* mutaverunt. Verum iam Boden. vidit.

ἐπαίδευσε] Hoc cum Cour. ex A erat recipiendum. Vulg. *ἐπαίδευε.*

CAP. XIX.

γνώμην ἔχων] Sic AB. Cour. Vulgo *ἔχων γνώμην.*

ὥρμησε τρέχειν] A: *ὥρμητο τρ.* Sic l. II. c. 33. *ὁ μὲν ῥίψας τὸ ἐγκόμβωμα γυμνὸς ὥρμησε τρέχειν.*

πεπαίδευτο] Vulgo *ἐπεπαιδ.* Augmentum delevit Schaefer. ex Par. II. quocum faciunt A B.

ταῦτά σε δεῖ] Verba vulgo aliter collocata hoc ordine posuit Cour. quo exhibent AB.

Δάφνι] *ὦ* vulgo ad vocativum additum delevit Cour. ex AB. Cf. l. I. c. 14. c. 16. c. 27. c. 29. l. II. c. 22. c. 23. l. III. c. 16. c. 17. l. IV. c. 8. c. 14. c. 16. c. 19. c. 21. c. 22. c. 24. c. 25. c. 35.

ταύτην τὴν πάλην] Confer omnino Palaestrae amorem apud Luc. Asin. c. 8 sqq. p. 576 sqq. Similis prorsus metaphora et apud Achill. Tat. l. II. p. 114. [c. 4. ubi v. *Iacobs.* p. 502.] *πιθανῶς μὲν, ἔφην, εἰς τὸ ἔργον παιδοτριβεῖς· δέδοικα δὲ μὴ ἄτολμος ὢν καὶ δειλὸς ἔρωτος ἀθλητὴς γένωμαι.* Vill. p. 192.

καὶ οἰμώξει] *καὶ* vulgo omissum ex Urs. revocavit Vill. Sic fort. etiam AB.

κἂν αἵματι] Sic scripsi iussu Schaeferi ad Plutarch. t. IV. p. 285. Vulgo *καὶ αἵμ.*

πεφονευμένη] Cf. Heliod. l. I. c. 18 f.

αὐτήν σοι παρ.] *αὐτὴν* Passow. temere in *ταύτην* mutavit.

παρασχεῖν] Hoc verbum quod in hac re proprium est, absolute interdum ponitur. Sic infra l. IV. c. 12. *ὄπισθεν παρασχεῖν τοιοῦτον οἷον αἱ αἶγες τοῖς τράγοις.* Aristoph. Lys. v. 227.

ἐὰν δέ μ' ἄκουσαν βιάζηται βίᾳ
κακῶς παρέξω, κοὐχὶ προσκινήσομαι.

Quo sensu supra, v. 162: *παρέχειν χρὴ κακὰ κακῶς.* Lucian. Dial. Meretr. V. t. III. p. 292. bis hoc sensu *πάρεχε* et semel *παρέσχον* absolute usurpat. [ib. *Intpp.*]. Sed. Dial. Marin. XIII. t. III. p. 320. *ᾤετο ὑπ' ἐμοῦ ταῦτα πεπονθέναι, καὶ διὰ τοῦτο παρεῖχεν ἑαυτήν.* Vill. p. 193. Adde Ver. Hist. l. II. c. 19. *καὶ οἱ παῖδες δὲ παρέχουσι τοῖς βουλομένοις οὐδὲν ἀντιλέγοντες.* Fortassis hoc verbum restituendum Charitoni l. VI. c. 8. p. 146. ed. Lips. *πῶς οὖν εὐμενῆ τὸν δικαστὴν ἕξεις; ἢ σχεῖν κάλλιον, ἵνα καὶ τὸν ἄνδρα κομίσῃ. τάχα μὲν οὐδὲ Χαιρέας γνοίη τὸ πραχθέν.* Scr. *ἢ παρασχεῖν κάλλιον*, et in seqq. pro *τάχα*, *τάχ' ἄν.*

κἂν δακρύσῃ] Sic recte omnes editores etiam Cour., inde corrige varr. lectt. textui subiectas. *δακρύῃ* AB.

ἄνδρα πεποίηκα] Cf. *Valckenar.* in Eurip. Hipp. pag. 221. ubi nec hic Longi locus omittitur. Charit. l. IV. p. 71. *μνήσθητι τοῦ θαλάμου καὶ τοῦ νυκτὸς τῆς μυστικῆς, ἐν ᾗ πρῶτον σὺ μὲν ἀνδρὸς, ἐγὼ δὲ γυναικὸς πεῖραν ἐλάβομεν.* Vill. p. 193.

CAP. XX.

ἀπήλλακτο] Parr. I. II: *ἀπήλλακτο.*

διοχλεῖν] Suidas in editt. Kusterianam praegressis (t. I. p. 752. Port.): *Διοχλῶ. δοτικῇ. διοχλοῦμαι δὲ, αἰτιατικῇ.* V. *Abresch.* ad Xen. Eph. p. 256. Loc. qui Suidam negligentius inspexit. Schaef. p. 381. V. *Schaef.* ad Schol. Ap. Rhod. p. 148. *διοχλεῖν τὴν ἀκρόασιν* Dion. Hal. Comp. V. pag. 108. Sch. et *διοχλεῖσθαι ὑπὸ ῥυθμῶν* p. 120. Plura h. v. exempla affert *Wyttenb.* in Ind. ad Plutarch. s. h. v.

γνοὺς] significat; *cum decrevisset*, ut passim alibi apud omnes scriptores et apud Long. l. I. c. 3. *καλεῖν ἔγνωσαν.* c. 20. *ἔγνω ἐπιθέσθαι.* l. III. c. 14. *τι ἔγνω δρᾶσαι.* l. IV. c. 7. *ἔγνω δια-*

φθεῖραι. c. 11. ἐπιθέσθαι διέγνω. et γνοὺς δὲ ταῦτα *ibid.* c. 18. ἐγίνωσκεν τολμῆσαι φυγεῖν. De hac huius verbi significatione cf. *Reitz.* ad Lucian. Luc. t. II. p. 587. et *Bergler.* ad Alciphr. l. I. Ep. 25. p. 98. Vill. p. 194.

περιφὺς] Sic Cour. ex A quemadmodum iam Coraes coniectura scripserat. Vulgo περιθεὶς, quod Schaef. ex Vill. coniectura in περιχυθεὶς mutavit.

καὶ τῆς πήρας] Articulum vulgo omissum addidi cum Cour. ex AB. Quod autem ille κὰκ pro καὶ scripsit, quod Le Fevre et Schaef. voluerunt, id a me probari non posse patet ex iis, quae ad l. II. c. 17. attuli.

προκομίσασα παλάθης μ.] Confirmat cod. B, id quod iam Bernard. et Hemsterhus. Misc. Obss. Vol. V. t. III. p. 58. repererant vestigia secuti cod. Urs., in quo est προσκομίσασα. Vulgo πρὸς παλάθης μ. A: καὶ τῆς πήρας καὶ ἐσθίοντος ἀπὸ τοῦ στόματος κ. τ. ἑ. verbis προσκομίσασα usque ad φαγεῖν omissis.

παλάθης] Cibus e vilioribus. Alciphron p. 392. [l. III. ep. 51.] ἄμεινον ἐμοὶ ὀλύνθους ἢ παλάθας ἐπιμαθᾶσθαι τῶν Ἀττικῶν. Glossar. Herodot. p. 175. Παλάθας· λέγεται καὶ [add. τὰ] ἐκ τρυγὸς πλάσματα. κυρίως δὲ ἡ τῶν συκῶν (l. σύκων) ἐπάλληλος θέσις. ubi v. *Wessel.* Adde *Hemsterh.* ad Lucian. Schol. t. I. p. 559. *Valcken.* ad Herod. pag. 291. Idem παλάσια. Photius: παλάσια, τὰ συγκεκομμένα σῦκα, παλάθην λέγουσι καὶ παλαθίδα. εἰσὶ δὲ ἐξ ἰσχάδων ἢ σύκων κεκομμένοι βῶλοι πλινθοειδεῖς. Cf. *Brunck.* ad Aristoph. Pac. v. 574. Schaef. pag. 381 sq. Fallitur *Schleusner.* ad Phot. c. 41. Schaef. mscr.

CAP. XXI.

ἐσθιόντων δὲ] δὲ vulgo omissum ex AB reposuit Cour.

περιττότερα] Sic Cour. ex A. Vulgo περιττότερον.

ἠπείγοντο] Revocavit Vill. ex Parr. Sic fort. etiam AB. Vulgo ἐπείγοντο.

νεαλεῖς ἰχθῦς] Cod. A teste Cour. V. G. p. 255. glossam addit το ν πετραίων, quam librarius ex l. II. c. 12. sumsisse ei videtur.

τῶν τινι πλουσίων] Sic Hemsterhus. ad Luciani Nigrin. fin. omnium codd. et edd. lectionem: τῶν τινῶν πλουσίων emen-

davit. Simile vitium inest in cap. VII. §. 5. Artis Rhetor. (Dionysii Hal.) p. 275, 1.: *καὶ τίς ὁ καταστήσας* (Sic recte Schott. edidit et sententia flagitante et codd., etiam Vindobonensi, assentientibus pro vulgato *καταστάς*) *καὶ τίνων θεῶν ἀπάγεται* (*ἡ πανηγυρίς*). Cod. Vind. *τίνα θεῶν*. scribe: *τίνι θεῶν ἄγεται* *). — Hemsterh. [l. l.] observat hanc articuli traiectionem in Herodoto esse frequentissimam ut *τῶν τις Περσέων*, *τῶν τι ἄλλο στομάτων τοῦ Νείλου*, *τῶν τινος οἰκετέων εἶναι* de quo videndos monet *Iac. Gronov.* ad Herod. p. 35, 7. 357, 12. Athen. III. pag. 106. D. Alciphr. l. III. ep. 20. *τῶν τινι γνωρίμων*. ubi confer *Bergler.* (et l. III. ep. 61. p. 428. *τῶν γνωρίμων τινές*. Aelian. Var. H. l. XIV. c. 29. *τῶν οὖν φρονούντων τινές*. Plato Sympos. p. 104. Fisch. *τῶν γνωρίμων τις*) [Haec aliena sunt sicut ea, quae in seqq. uncis circumsepsi.] Homeri Schol. ad Il. Ξ. v. 295. *τῶν εἷς γιγάντων*. Vide et *Valckenar.* ad Herod. l. VIII. p. 660. in *τῶν τινες Φοινίκων*. (Achill. Tat. l. III. p. 296. *τῶν δὲ λῃστῶν τινες*.) et l. V. p. 482. *τῶν συνόντων αὐτῷ τινες οἰκετῶν*. (Charit. l. IV. p. 65. *τῶν ἐργατῶν τινες*) Immo ipse Long. l. II. c. 13. *τῶν δή τις ἀγροίκων* [ubi v. *Schaefer.*] (ib. c. 25. *τῶν ἀγροίκων τινά*.) l. IV. c. 28. *τῶν δέ τις ἰδόντων*. quibus omnibus exemplis, ut et aliis infinitis, quae proferri possent, mire confirmatur Hemsterhusii emendatio. Vill. p. 196.

εἰς καμάτων ἀμέλειαν] J'aimerois que l'éditeur [Villoison.] nous eût expliqué une locution, qui n'est pas des plus claires, *εἰς ἀμέλειαν καμάτων*, qui signifie a peu près la même chose, que *εἰς παραμυθίαν καμάτων*. C'étoit ici le lieu de citer des passages paralleles. Brunck.

---

*) Hoc in loco Henr. Schott. codd. ascivit lectionem *ἐπάγεται*, qua tamen locus nihil iuvatur. Probo eius coniecturam *ἄγεται*, nisi forte aliquo modo vulgata possit defendi, quod tamen dubitanter profero. Etenim tales *πανηγύρεις* quum in deorum haberentur honorem, atque ipsae quodammodo pro debito diis tributo possent haberi, non ab omni verisimilitudine abhorret, scriptorem illius capitis non admodum elegantem, eo verbo esse usum, quod solenne est de tributis solvendis. Sic *ἀπάγειν δασμόν*. V. Plutarch. Thes. c. 15. in. *οἱ τὸν δασμὸν ἀπάξοντες*. Cf. *Sturz.* Lex. Xen. s. v. *δασμός* et *δῶρα*. *Iacobs.* ad Philostr. Imm. p. 464. Diog. Laert. l. I. c. 53. *ἀπάγει δὲ ἕκαστος τοῦ αὐτοῦ κλήρου δεκάτην*. *Budaeus* Comment. Gr. L. p. 290 fin.

ἀνέφερον] Arrian. de E. A. VI. 18. *αἱ κῶπαι ἐν κλυδῶνι χαλεπῶς ἀνεφέροντο*. i . vid. *I. Gronov.* hoc l. utentem. Schol. Apoll. Rh. II. 670. Liban. t. II. pag. 204. C. An hinc explicandum *ἀναφέρειν τῶν σχετλίων* apud Philostr. V. A. t. VII. pag. 806. v. 4. Pol. I. 116. in V. C. ubi pro *ἀνακόπτειν* rectius *ἀναφέρειν*. Plutarch. Anton. pag. 927. b. 915, c. Hemsterhus. apud Geel. Bibl. Cr. N. t. V. p. 255. qui addit: „His refutatur Dorv. ad Charit. p. 122. qui Longi locum non attente inspexerat.‘

κελευστὴς] De h. v. praeter *Scheffer.* de milit. nav. 4, 7. et Pollucis *Intpp.* l. I. s. 196. a *Dukero* ad Thucyd. l. II. pag. 153. indicatos cf. et *Piersoni* Verisim. l. II. c. 4. p. 166. ubi et hunc Longi locum laudat. Vill. p. 197. — *Musgrav.* ad Eurip. Hel. 1595. (1591.) Schaef. p. 382.

καθάπερ χορός] Cf. *Winckelmann.* ad Platon. Euthyd. p. 23.

κατὰ καιρὸν] Tales remigum cantus etiam hodie audivisse et descripsisse *Brydon.* in Siciliae Itinerar. ep. IV. t. I. pag. 333. Vers. Gall. et *Sommerat.* in Moluccarum insulis cll. eius Itin. in Guineam pag. 188. tradit hic Vill. Ceterum conf. de illo cantu *Scheffer.* de Mil. Nav. p. 182. et Achill. Tat. l. IV. c. 17. *ναυτῶν ᾠδή*.

κοῖλος γὰρ τῷ πεδίῳ αὐλὼν ὑποκείμενος] *τῷ πεδίῳ* ex Wyttenbachii emendatione profectum pro vulgato *τὸ πεδίον*, quod in omnibus libris est, iure omnes deinceps receperunt editores. Praeterea Par. I. et mrg. Par. III: *αὐλῶν*. B. et Urs.: *ὑπερκείμενος*. Par. II: *ὑποκείμενον*. Amyot: *pourceque le champ voisin du rivage de la mer en cet endroit là etoi une longue allée au-dessous d'un coteau de montagne.*

λεγομένων] Courerii coniectura *φθεγγομένων*, a Iacobs. in Germ. expressa audacior est quam quae recipi possit; quocirca vulgatam, quum nihil felicius mihi in mentem incurrisset, intactam reliqui. Cf. etiam ad cap. 23. sub finem.

μιμητὴν] Non damno: malim tamen *μιμηλήν*. Apollonidas XXII. 5. *κίτται, μιμηλὸν βιότου πτερόν*. Nonnus Dion. l. V. pag. 164. 4. Polymnia *μιμηλὴν ἐτάραξεν ἀναυδέος εἰκόνα φωνῆς*. [Lucian. Imm. 17.] Hinc verbum *μιμηλίζω*, quo lexica augenda. Philo *π. τ. μετονομ.* pag. 65. Hoesch. *μιμηλίζοντες δ' οἱ σοφισταὶ καὶ παρακόπτοντες τὸ δόκιμον νόμισμα*. Schaef. pag. 382. Recte Schaef. ad Soph. Trach. 1127. cum Lobeck. ad Aiac. p. 274. vulgatam tuetur. Adde *Schaef.* ad Schol. Ap. Rhod. pag.

628. Multi multa de ea re. Cf. *Matth.* Gr. Gr. p. 796. §. 429. 4. litt. *m.*

φθανούσης γὰρ] *γὰρ* ex AB revocavit Cour. Vulgo omittitur.

τῆς θαλ.] Articul. reposuit ex Parr. I. II. Vill. Sic fort. etiam AB.

ὅσον ἤρξατο] Quod hic contra libros adiecit Cour. *ἐκείνη*, id sine ulla necessitate factum. Nam sive addis *ἐκείνη*, sive omittis sententia eadem manet. Bene Passow: *Gleichwie der Schall vom Meere her früher ertönte, verklang auch der Wiederhall vom Lande her in eben dem Maasse langsamer, als er später begonnen hatte.*

CAP. XXII.

ἐτέρπετο] Hoc prim. recepit Moll. ex Urs. quocum consentit Par. II. et fort. AB. Amyot. Par. I. et III. om. haec verba usque ad *καὶ ἐπειρᾶτο*, quae tamen in mrg. Par. III. sunt.

παραπλευσάντων] Sic Urs. Parr. I. II. Amyot. et fort. AB.

CAP. XXIII.

Μελίαι] Iungermani et Villoisoni coniectura. Vulgo *Μελικαί.* — Dryades quae sint notum est. De Meliis (hasce namque et Melicas easdem puto: nisi forte leg.: *Μελίαι.*) Hesiod. Theog. 187. ex coelo et terra prognatas narrat:

Νύμφαι θ' ἃς Μελίας καλέουσ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν.

ubi *Tzetz.*: *ἐκ τούτων ἦν τὸ πρῶτον γένος τῶν ἀνθρώπων. Μελίας δὲ, διὰ τὸ ἅμα τοῖς δένδρεσιν γίνεσθαι τὴν γένεσιν τῶν ἄλλων ζώων. Νύμφας γὰρ τὴν ἄλλην γένεσιν τῶν ζώων. Μελίας δὲ, ἐκ τοῦ μῆλα εἶναι τὰ πρόβατα. λέγει δὲ καὶ Ὀρεστιάδας, καὶ Ἁμαδρυάδας.* Meliarum nomina recenset Tzetz. ad *Ἔργ.* I. ad illa: *ἐκ Μελίαν*, etc. Eustath. *παρεκβ. εἰς Ἰλ. υ. καὶ Νυμφῶν ὄνομα αἱ Μελίαι, ὡς καὶ παρ' Ἡσιόδῳ. αὐτὸ δὲ καθ' ὁμωνυμίαν τῶν δένδρων, οἷς μυθικῶς ἔχαιρον ἐκεῖναι.* Meliam inter Oceanitidas vel Oceani filias recensent Hesych. Etymolog. Hygin. inter Nereidas. Apollodor. l. I. nisi pro *Μελίη* ib. leg. potius ex Hesiod. Theog. *Μελίτη*. Callimach. etiam Meliarum meminit hymn. in Iovem: *Δικταῖαι Μελίαι.* Idem in Del.:

Ἠδ' ὑποδινηθεῖσα χοροῦ ἀπεπαύσατο νύμφη
Αὐτόχθων Μελίη, καὶ ὑπόχλοον εἶχε παρειὴν,
Ἥλικος ἀσθμαίνουσα περὶ δρυὸς, ὡς ἴδε χαίτην
Σειομένην Ἑλικῶνος. —

Iungerm. Melias Nymphas novit antiquitas: Melicas non item. Nonnus Dionys. l. XIV. p. 398. 13. συμφυέες Μελίαι δρυὸς ἥλικος. V. *Heyn.* ad Apollod. p. 230. 351. *Wolf.* ad Hesiod. Theog. p. 83. *Brunck.* ad Apollon. Rhod. p. 219. Schaef. p. 382. *Bergl.* ad Alciphr. l. III. ep. 11. Schol. ad Apoll. Rh. l. II. v. 4.

Ἕλειοι] In quibusdam edd. Ἔλ., quod correxit Iungerm. quae correctio postea a codd. est confirmata.

πᾶσαι καλαί, πᾶσαι μουσικαί] Haec v. omittunt Amyot et Parr. Adsunt in mrg. Par. III.

θνητὴ μέν, ἐκ πατρὸς θν., καλὴ δέ, ἐκ] Sic A Cour. Vulgo θν. μ., ὡς ἐκ π. θ., κ. δέ, ὡς ἐκ.

τρέφεται μὲν] μὲν vulgo et in Parr. omissum ex Urs. quo cum AB faciunt, restituit Moll.

παρθενίας εἰς ἄνθος] Sic Urs. Flor. mrg. Par. III. AB. recepit Moll. Vulgo et Parr. παρθενίαν εἰς ἄνθος.

πᾶσαν γῆν] Cour. πᾶσαν τὴν γῆν ex B. Ceteri omn. πᾶσαν γῆν. Articulo non opus. Demosth. Phil. III. §. 47. p. 123. οἱ θαλάττης μὲν ἦρχον καὶ γῆς ἁπάσης. Luc. Macr. c. 9. πάσης γῆς καὶ θαλάττης δεσπότην. Patr. Encom. c. 5. αὐτῶν ἡγούμενοι κτήματα πᾶσαν γῆν. Heliod. l. II. c. 11. p. 65. γῆν ἐπὶ πᾶσαν. l. VI. c. 15. p. 250. πᾶσαν - ἐπὶ γῆν et al.

ἔτι ᾄδοντα τὰ μέλη] Sic vulg. Par. II. AB. Amyot. ἔτι ᾄδουσαν τὰ μέλη Urs. Parr. I. III. ex quo Schaef. fecit: ἔτι ᾀδούσης τὰ μέλη. Vulgat. bene defendit Iacobs. in V. Germ. colorem orationis Sophisticum agnoscens; in quo etiam Brunck. habet assentientem, qui addit: „J'avoue que cela [enunciatum] me paroît fort absurde. En tout cet épisode est un remplissage inutile et d'assez mauvais gout.“ „Le mot grec a deux sens, dont l'un s'applique à la musique. Toute la fable roule sur cette équivoque, qui ne se peut guère rendre en françois, non plus qu'en latin, ce me semble. Horace parle grec quand il dit [Serm. I. 4, 62] *dispersi membra poetae.* Cour. V. G. p. 253.

Μουσῶν] Urs. Parr. et fort. AB. Vulgo Μούσης. Reposuit Moll.

μιμεῖται πάντα etc.] Cour. V. G. haec verba vertens:

imite les voix et les songs, haec amnotat p. 251: „il faut lire dans le grec comme les manuscrits: πάντων τῶν λεγομένων. *de toutes les choses susdites*.“ Sed non dubito, quin Cour. errore haec alieno loco annotaverit. Referenda est annotatio ad locum cap. 21. πάντων τῶν λεγομένων μιμητὴν φωνὴν ἀπεδίδου, ubi pro λεγομένων contra omnes libros φθεγγομένων scripsit.

οὐκ ἐρῶν τυχεῖν] *nihil expetens nisi ut discat*. Bene *Abresch*. [Anim. ad Aesch. p. 300.] quem Villois. [qui coniecit ἀλλ' ἤτοι τυχεῖν] audire debebat. Notus particulae exceptivae ἀλλ' ἢ usus. Schaef. p. 383.

ἡ Ἠχὼ] Articulum, quem iam Vill. desideravit, reposui ex A.

CAP. XXIV.

ἁμιλλώμενος πρὸς τὰς πίτυς] Cf. l. I. c. 23. εἴκασεν ἄν τις καὶ τοὺς ποτάμους ᾄδειν ἠρέμα ῥέοντας καὶ τοὺς ἀνέμους συρίττειν ταῖς πίτυσιν ἐμπνέοντας. Theocr. Id. I. v. 1.

Ἀδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα
Ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται.

Cf. et Achill. Tat. l. V. p. 450. quod et Huet. contulit. Vill. pag. 204.

ἀηδόσιν ἐρίζουσα] Expressit ut animadvertit Vill. Nicet. Eugen. l. IV. 369 sqq.

ἓν δέρμα αἰγὸς ἐπεσύραντο] Sic apud Theocr. Id. XVIII. v. 19. ὑπὸ τὰν μίαν ᾤχετο χλαῖναν. ubi v. *Valckenar*. monentem hanc loquendi formulam illustratam fuisse a Berglero ad Alciphr. l. I. ep. 38. et huius observatis nonnulla fuisse addita in Miscell. Obss. Vol. V. p. 59. Ex accurata exemplorum ibi productorum collatione apparet hic a Longo indicatum fuisse, eos una eademque caprina pelle, tanquam veste stragula involutos et contectos simul concubuisse; quod ita evenit, ut tamen, quod infra videbis, Daphnis cum intacta Chloe rem non habuerit. Sic Alcibiades in Symp. Platon., non nimis longe a fine, cum Socrate, ut patrem cum filio, concubuisse se narrat: ὑπὸ τὸν τρίβωνα κατακλινεὶς τὸν τουτουῒ... κατεκείμην, τὴν νύκτα ὅλην. Ut apud Athen. l. V. p. 219. Ἀλκιβιάδης συνεκοιμήθη ὑπὸ τὴν αὐτὴν γενόμενος χλαῖναν. Et apud Lucian. in Amor. p. 1066. [c. 49.] δεῖ δὲ τῶν νέων ἐρᾶν, ὡς Ἀλκιβιάδου Σωκράτης, ὃς ὑπὸ μιᾷ χλαμύδι πατρὸς ὕπνους ἐκοιμήθη. Philostr. Ep. 44. ἣν

πτωχὸς ὁ Σωκράτης, ἀλλ' ὑπέτρεχεν αὐτοῦ τὸν τρίβωνα Ἀλκιβιάδης, κ. τ. λ. Hic autem ἓν δέρμα αἰγὸς ἐπεσύραντο, est proprie unam eamdemque capri pellem ad se sursum attraxerunt, ut se ea involverent et cooperirent. Vill. pag. 204 sq. Aliter explicare studuit hunc l. Toup. Add. in Theocr. p. 392. A. et Emend. Suid. v. II. p. 502. quem et hoc l. et illo paullo infra: εἰ μὴ Δάφνιν ἐτάραξε τὸ αἷμα turpiter falsum esse Schaef. demonstrat. Ceterum cf. *Boiss.* ad Nicet. p. 120 sq.

ἐγένετο ἂν γυνὴ] Sic et puella apud Theocr. Id. XXVII. v. 64. conferente Wartono p. 301. Not. πάρθενος ἔνθα βέβηκα, γυνὴ δ' εἰς οἶκον ἀφέρπω. Quintil. Instit. Or. l. VI. c. 4. *Cicero obiurgantibus quod sexagenarius Popiliam duxisset, cras mulier erit, inquit.* Aristaen. l. I. ep. 14. οὐκ ἐπιθυμεῖς, ὦ παρθένε, γίνεσθαι γυνή; Vill. p. 205. V. *Boiss.* ad Nicet. p. 398.

CAP. XXV.

παρὰ τὸν Δρύαντα] Articulum vulgo omissum restituit Cour. ex AB.

οἱ μέν τι] Par. III: οἱ μέν τοι.

ἐπηγγέλλοντο μεγάλα] Cod. A. teste Courerio ad V. Gall. p. 256. addit: εἰ ταύτης τύχοιεν.

συνεβούλευεν] Sic Cour. ex AB. Vulgo aor. legitur.

ἐκδιδόναι] Verbum hac de re proprium. Eurip. Iphig. A. v. 132. ex probabili Marklandi emendatione. Menand. ap. Ammon. p. 110. V. *Dorv.* ad Char. p. 245. 482. [p. 348. ed. Lips.] *Wessel.* ad Herod. p. 419. a. Plenius Diod. S. t. I. p. 296. Ἄλκηστιν – ἐκδοῦναι πρὸς γάμον Ἀδμήτῳ. Occurrit de eadem re, quamquam rarius et simplex διδόναι. V. *Wessel.* l. l. Item ἔκδοτον διδόναι. V. *Dorv.* ad Char. p. 245. [p. 348. Lips.] *Locella* ad Xen. Eph. p. 191. Schaef. p. 384.

ἐπὶ μήλοις] *Acceptis malis rosisque*, i. e. ea conditione ut rosas malaque accipiat. Enimvero conditiones pactorum similiumque rerum, ut recte observaverunt Moll. ad h. l. et *Reitz.* ad Luc. t. II. pag. 86. per praepositionem ἐπὶ cum dandi casu exprimuntur. Sic *Ruhnken.* ad Xenoph. Mem. p. 229. vim praepos. ἐπὶ cum dativo notandam monuit. ἐπὶ τῷ βίῳ παντὶ, inquit, i. e. ea conditione, ut vitam salvam habeas. Aristoph. Av. v. 153. Ὀπούντιος οὐκ ἂν γενοίμην ἐπὶ ταλάντῳ χρυσίου. Dio

Chrys. Or. XXXIII. p. 407. D. *γυναικὶ μὲν δὴ τοιαύτῃ ξυνοικεῖν οὐδεὶς ἂν θελήσειεν, οὐδὲ ἐπὶ πεντακοσίοις ταλάντοις.* [Schaef. citat eund. *Ruhnken.* p. 256. b. et *Wessel.* ad Diod. S. t. I. pag. 147.] Praeterea Moll. recte suspicatur hic Longum allusisse ad amantium mores, quorum qui vulgari amabant more nec nimium insaniebant, dicebantur *ἐρᾶν μήλοις καὶ ῥόδοις*, aut *μήλοις καὶ στεφάνοις*. Theocr. Id. XI. v. 10. ab Heins. apud Iungerm. collatus:

Ἤρατο δ' οὔτι ῥόδοις, οὐ μάλοις οὐδὲ κικίννοις
Ἀλλ' ὀλοαῖς μανίαις.

Apud Luc. in Toxar. t. II. p. 520. [c. 13.] haec Diniae a Chariclea mittuntur munera: *στέφανοι ἡμιμάραντοι καὶ μῆλά τινα ἀποδεδηγμένα.* Diniae autem haec sunt dona apud eund. Lucian. t. II. p. 523. [c. 15.] *τὰ μὲν γὰρ δῶρα οὐ κατὰ μῆλα καὶ στεφάνους ἀντεδίδοτο αὐτῇ, ἀλλὰ συνοικίαι ὅλαι καὶ ἀγροὶ καὶ θεράπαιναι καὶ ἐσθῆτες εὐανθεῖς.* [V. *Villois.* ad l. I. c. 23.] Suadet igitur Nape, ut potius magna ipse munera ab iis accipiat, qui Chloen ambibant eiusque nuptias expetebant, quam ut sinat eum temere cuiusdam pastoris mulierem fieri, a quo rosas dumtaxat seu poma et alia huiusce farinae munuscula et leves quisquilias raptae virginitatis pretium habitura sit. Vill. p. 206 sq.

δέσποιναν οἰκίας] Eodem sensu Gallice, *maitresse de maison.* Char. l. II. p. 55. *δέσποιναν αὐτὴν ἀπέδειξε τῆς οἰκίας.* V. *Menag.* Iur. Civ. Amoenit. cap. 25. Sic Theocr. Id. XVIII. v. 38.

ὦ καλά, ὦ χαρίεσσα κόρα, τὺ μὲν οἰκέτις ἤδη.

Apud eosdem Graecos *δέσποινα* id. quoque quod e. Gallice *une maitresse, amasia* ut apud Ach. Tat. l. II. p. 114. et 118. etc. Vill. pag. 208.

ὠνομάζετο] Sic supra l. I. c. 19. Dryas in re simili *τὰ ὀνομασθέντα δῶρα παρῃτήσατο.* Apud Hesych. *ὀνομῆναι* et *ὀνομάσαι* explicantur *ἐπαγγείλασθαι*: nempe Hesych. quod a nemine hucusque animadversum est respexit Od. Ω. v. 340.

ὄρχους δέ μοι ὧδ' ὀνόμηνας
Δώσειν πεντήκοντα.

Et Il. *I.* v. 121.

Ὑμῖν δ' ἐν πάντεσσι περίκλυτα δῶρ' ὀνομήνω.

Hoc sensu et *τὸ ὀνομάζειν* dicitur in Il. *I.* v. 511.

Εἰ μὲν γὰρ μὴ δῶρα φέροι, τὰ δ' ὄπισθ' ὀνομάζοι.

Et Il. Σ. v. 449.

καὶ πολλὰ περικλυτὰ δῶρ᾽ ὀνομάζων.

Ubi vides ὀνομάζεσθαι δῶρα hic esse, *promittere dona*, eaque *cum emphasi recensere*, qua significatione augenda sunt lexica. Saepe enim ὀνομάζειν apud optimos scriptores significat, *magnifice et cum ostentatione praedicare*, ut apud Demosth. κ. Μειδ. t. I. p. 565. R. διὰ τῆς ἀγορᾶς σοβεῖ κυμβία καὶ ῥυτὰ καὶ φιάλας ὀνομάζων, et περὶ στεφ. p. 237. l. 11. μάλα σεμνῶς ὀνομάζων. Eodem sensu in simili occasione apud Heliod. l. V. p. 234. τὸν παρόντα πλοῦτον καταριθμούμενος. Vill. pag. 208 sq. Corrige hanc adnotationem ex iis quae habet *Schaef.* ad Eur. El. v. 33. ed. Seidler. p. 11.

ποτὲ δὲ ὡς etc.] Sic omn. edd. et mscpti. Aliquid excidisse patet. Vill. ex simili illo supra allato loco l. I. c. 19. ἐννοήσας coniecit, quod recepit Cour. Schaef. probabilius εἰδὼς omissum esse suspicatur. Ego vulg. servandam duxi et quid quod excideri verbum non certo definiri et quo exciderit loco non certo demonstrari possit.

καὶ ὡς, εἴποτε] ὡς om. Iunt.

αὐτοὺς] Suivant les regles ordinaires de la syntaxe αὐτοὺς doit se rapporter à γονέας; cependant ce pronom désigne Dryas et sa femme. L'auteur a mal tourné sa phrase. Brunck. Nihil est quod quemquam possit offendere. V. quae ea de re accuratissime explicavit *Reinhold. Klotz.* Quaestt. Critt. p. 45 sqq.

εἷλκε] Urs. Flor. B: ἤνεγκε.

καὶ τὸν Δάφνιν ἐλάνθανεν] Cela devroit signifier que pendant long temps Daphnis ne s'en appercut pas, ce qui est contraire au sens. Je ne sais si la signification que l'auteur donne au verbe λανθάνειν pourroit être justifiée par de bons exemples. Brunck.

ὡς δὲ ἐλιπάρει καὶ ἐνέκειτο] Simillima Aelian. Var. Hist. X, 16. ἐπεὶ δὲ ἦν λιπαρέστερος ὁ Διογένης καὶ ἐνέκειτο κ. τ. λ. Schaef. p. 385. Diod. S. Exc. t. II. p. 571. οὖσα δὲ Καρχηδονίων συμμαχὶς προσέκειτο λιπαροῦσα καὶ δεομένη (Σαφόνβα) κ. τ. ἑ. *Polyaen.* p. 281. Cor. οἰκείων καὶ φίλων ἐγκειμένων καὶ λιπαρῶς θεραπευόντων. Schaef. msct.

CAP. XXVI.

νεμούσης] restituit Vill. ex Amyot. et Parr. I. II. Assentiri videntur AB. Vulgo: *μενούσης*.

μετὰ τοιοῦτον ποιμένα] Sic vulgo. A: *μεταποιεῖ τὸν ποιμένα* ex quo Cour. fecit *μεταποιοῦντα ποιμένα*, i. q. probavit Iacobs. Amyot: *mourroient de déplaisir s'ils perdoient une telle bergère.*

ἀνενεγκὼν] Sic apud Achill. Tat. l. III. p. 260. [c. 8. pag. 66, 19. ib. *Iacobs.*] Xenoph. Eph. l. I. p. 11. *ὀψὲ δὲ ὁ Ἀβροκόμης ἀνενεγκών.* Eumd. cf. et l. II. pag. 22. et 25. etc. et Heliod. l. VIII. p. 396. Chariton. l. II. p. 33. et ad eum *Dorvill.* p. 200. [321. 599. Lips.] *Hemsterh.* Miscell. Obss. v. V. t. III. pag. 63. ac *I. F. Reitz.* qui apud Luc. in Alexandr. t. II. p. 232. hunc Longi locum laudat. Vill. p. 210.

ἐθάῤῥει] Sic Parr. I. II. AB. Cour. Vulgo *ἀνεθάῤῥει*.

οὐκ ἦν Λάμων πλούσιος] A addit teste Cour. V. G. pag. 255: *ἀλλ' οὐδ' ἐλεύθερος εἰ καὶ πλούσιος* quae glossa, eodem notante, ex c. 31. *δοῦλος δὲ ὢν οὐδενός εἰμι τῶν ἐμῶν κύριος* petita est.

τῷ Λάμωνι μὲν οὖν] *οὖν* vulgo om. reposuit Vill. ex Urs. Sic etiam sine dubio AB.

λόγους προσήνεγκεν] Xenoph. Eph. l. III. p. 53. *προσφέρει λόγον περὶ συνουσίας.* Sic id. Xenoph. loquitur l. IV. p. 60. ut et Char. l. II. p. 25. Vill. p. 211.

ἐκοινώσατο] Sic recte Cour. ex AB scripsit. Vulgo: *ἐκοινωνήσατο*.

διὰ τὸν ἔρωτα] Sic AB. Cour. Vulgo artic. omittitur. Ceterum non necessarium est cum Schaef. haec verba post *τὸν γάμον* collocare, cum bonam exhibeat sententiam vulgata lectio, quae etiam expressa est in Latinis.

οἱ δὲ πλούσιοι κ. τ. ἑ.] Cor. distinguit: *οἱ δὲ, πλούσιοι, καὶ πλουσίων κ. τ. λ.*

πάντως δέ που] *δέ που* ex Urs. Boden. restituit. Sic etiam AB. Cour. coniec. *δή που* sed nulla opus est mutatione.

πιθήκῳ] *αἰσχροπροσώπῳ*. V. *Bergl.* ad Alciphr. pag. 139. *Abresch.* Lectt. Arist. p. 152. *Iacobs.* Anthol. Graec. II, 2. pag. 462. II, 3. p. 166. 222. Schaef. p. 365. Adde: Intpp. ad Ari-

stach. p. 855. ed. Boiss. *Heindorf.* ad Horat. Sat. I. 10, 11. *Weichert.* ad poet. Sat. fragm. p. 289. Lucian. pro merc. cond. c. 6. Lucis c. 56. p. 654. R.

C A P. XXVII.

λελεγμένα] Sic Dutens. ex Urs. Parr. I. II. Assentiri videntur AB. Vulg. λεγόμενα.

μέλει] Vulgatum μέλλει ex Urs. sic correxit Iungerm.

Χλόης] Edd. habent ἀλόης, quod correxerunt Iungerm. et Bernard.

τὴν λύγον] Omnium codd. etiam AB vitium τὸν λύγον correxit Vill. Similiter Athen., apud quem ubivis ἡ λύγος, p. 673. B. tres libri τὸν λύγον.

τὰς τῆς ἄκρας πέτρας] Legebatur τὰς ἄκρας π. Artic. τῆς ex AB reposuit Cour.

ἐξεβράσθη] Praeter *Ulpian.* l. III. 6. et *Brodaeum* l. X. Miscell. c. 12. a Iungerm. laudatos cf. et Schott. Obss. Human. l. V. c. 30. p. 213. [Geopon. p. 696. ψυχίοις - ἀπὸ θαλάσσης ἐκβρασσομένοις.] Vill. p. 215.

βαλάντιον δὲ τρισχιλίων δραχμῶν] Non rarus genitivi usus. [Herodian. l. V. in Macrin. βαλάντιά τε χρημάτων αὐτοῖς ἐπέδειξαν. Vill. p. 215.] Apollodor. II. 8. 4, κομισάντων δὲ ὑδρίαν ὕδατος κ. τ. λ. quam dicit Polyaenus p. 24. Maasv. κάλπιν ὕδωρ ἔχουσαν. Idem III. 3. 1. Γλαῦκος — μῦν διώκων εἰς μέλιτος πίθον πεσὼν ἀπέθανεν. pro quo Tzetzes ad Lycophron. v. 811. Γλαῦκος — διώκων μῦν, πεσὼν εἰς πίθον μέλιτος γέμοντα, ἀπεπνίγη. Strabo t. II. p. 167. Siebenk. ὁδοὺς ἁμάξαις χόρτου πορευτάς. Athenaeus p. 422. D. Κράτης — ἐπεῤῥάπισε Δημήτριον τὸν Φαληρέα σὺν τῇ πήρᾳ τῶν ἄρτων καὶ λάγυνον πέμψαντα οἴνου. Problema Arithmet. III. Αἱ Χάριτες μήλων καλάθους φέρον. Conf. Casaubon. ad Athen. p. 11. Schaef. pag. 386. Polyb. t. IV. p. 355 s. ed. Schw. Schaef. msct.

ἀπεπνίγη] [Alciphr. l. I. ep. 10. ἐκ ναυαγίας ἀποπνιγὲν σῶμα ibid. *Bergl.* Vill. pag. 216.] Simplex hoc sensu usurpat Leonidas Tarent. XCVI. Conf. Homer. Il. IV. 426. ibique *Ernest.* *Valckenar.* ad Theocrit. Adoniaz. p. 409. *Ruhnken.* Epist. Crit. p. 149. Schaef. p. 386.

δι' ὄν] Etiam hoc l. Cour. mutandi libidini indulgens coniecit διό.

προσελθὲ καὶ προσελθὼν ἀνελοῦ. καὶ ἀνελόμενος δός], l. I. c. 13. λουόμενον εἶδε καὶ ἰδοῦσα ἥψατο. l. IV. c. 7. καὶ ἰδόντες ἐβόων, καὶ βοῶντες ἐδάκρυον. c. 30. εἶδον τοῦτο αὐτὸς καὶ ἰδὼν ἐθαύμασα, θαυμάσας ἔθρεψα. c. 36. λαβὲ τὰ γνωρίσματα καὶ τὴν θυγατέρα, λαβὼν δὲ ἀπόδος.

CAP. XXVIII.

θάλασσαν] Sic hic et infra scripsit Cour. tacite pro vulg. θάλατταν.

περιβδάνασθαι] Theophrast. Char. XVI. in cod. Vat. περιῤῥαινομένων ἐπὶ θαλάττης. SCHAEF. p. 386 sq.

κυματωγῆς] Male in omn. edd. et in uno ex Urs. codd. et in duobus primis Parr. [et in B] legitur κυματώδους γῆς quae est glossa. Restitui veram lectionem κυματωγῆς, quae et in Flor. et alt. Urs. ad oram Par. III. [et in A]. Sic et in Lucian. Timon. [c. 56.] t. I. p. 174. Hemsterh. [p. 479. Lehm.] pro τῆς κυματώδους γῆς e Regio cod. reposuit κυματωγῆς, et idem in Longo legendum monuit. Sic et in Hermotim. t. I. p. 828. [c. 83.] Graev. [p. 476. t. IV. Lehm. ubi v. cett. intpp.] pro ἐπὶ τὴν κυματώδη legit ἐπὶ τὴν κυματωγὴν et confert Lucian. in Navig. t. III. p. 254. ἀπόξυροι δέ εἰσι πέτραι, ὀξεῖαι, παραθηγόμεναι τῷ κλύσματι καὶ φοβερωτάτην ποιεῖ τὴν κυματωγήν. et Herodot. l. IX. p. 737. ubi v. *Wessel.*, qui recte comparat et eundem Herodot. l. IV. p. 367. apud quem, ut apud auctor. Vitae Homer. c. 19. et 34. et apud Sext. Empir. l. VII. c. Math. p. 395. habes κυματωγήν, i. e. ἀκτὴν ἔνθα τὰ κύματα ἄγνυται, sive littoris crepidinem, quam verberat unda maris, explicante Eustath. ad Odyss. *E.* p. 230, 48. Bas. Mollius autem monet alibi apud Herod. scribi κυματωγή, ὀξυτόνως, alibi vero κυματώγη, παροξυτόνως. At video Graevium damnavisse illud κυματώγη, παροξυτόνως et passim ab Hemsterh. aliisque in Lucian, ab Eustath. Hesych. et Suida in hanc vocem, ab Agathia l. III. p. 97., a Valckenar. ad Herod. l. IV. p. 367. etc. κυματωγήν, et contra κυματώγην a Wessel. in Herod. constanter scribi. Amyot. autem in hoc Longi l. vertit: *au loug du rivage.* VILL. p. 216 sq.

τὰς τρισχιλίας] scil. δραχμάς. Sic mox pag. 100. l. 3. τῶν τρισχιλίων et alibi. Infra p. 143. l. 14. Δρύαντι τὰς λειπούσας εἰς τὰς μυρίας ἐπλήρωσεν. Ellipsis solennis V. *L. Bos.* Ell. p. 94.

Schweb. [p. 120. Sch. ubi v.] Ita intelligenda lex Attica: μὴ χορεύειν ξένον, ἢ χιλίας ἀποτίνειν τὸν χορηγόν. de qua lego post Petit. (Legg. Att. p. 353.) *Hemsterh.* ad Arist. Plut. pag. 334. Schaef. p. 387.

αὐτῷ προσέπιπτεν] Bene versum: *naribus eius incurrit.* προσπίπτειν hic est i. q. προσβάλλειν de quo v. legatur exquisita nota *Koenii* ad Greg. Cor. pag. 14 sq. [pag. 36. Sch.] Schaef. p. 387.

μυδῶν] Eodem sensu apud Alciphr. l. I. ep. 17. habes κάμηλον μυδῶσαν. De hac autem v. cf. *Ruhnk.* ad Tim. p. 132. et *Koen.* ad Gregor. Cor. pag. 264 sq. [pag. 560 sq. Sch.] Vill. pag. 217.

ἡγεμόνι - ὁδοῦ] Herod. l. VII. c. 128. τοὺς καθηγεμόνας τῆς ὁδοῦ. V. *Valcken.* ad Herod. pag. 377. b. [ad l. V. c. 14.] Schaef. p. 387.

εὐφημῆσαι] Amyot. vertentem: *mais il ne partit point de là qu'il n'eût premierement adoré et remercié les Nymphes,* Vill. προσκυνῆσαι καὶ εὐχ. legisse suspicatur.

CAP. XXIX.

εἰλημμένος δὲ] Schaef. coniec. ἀνειλ. — δὲ reposuit Moll. ex Urs. Habent fort. etiam A B.

διηγεῖται αὐτῇ] αὐτῇ restitui ex A. Vulg. om.

συντείνας σοβεῖ] Locutio pleonastica.

κλᾶν ἄμπελον] Parr. om. κλᾶν. Habet mrg. Par. III. — De locutione κλ. ἄμπ. confert Vill. *Arnald.* Lectt. Gr. l. I. c. 12. *Pierson.* ad Moer. p. 228. *Hemsterh.* Add. ad Thom. M. p. 536.

γῆν ἀροῦν] Iunt. γῆς ἀροῦν. Illud ex Urs. repos. Moll. Est etiam in Parr. I. II. De A B et Par. III. nihil notatum.

ἀλεκτορίδας] *Gallinae* recte vertitur. V. infra pag. 117 s. *Pulles gallinaceos* vertens Oudendorp. ad Thom. M. p. 33. erravit. Cf. *Valcken.* ad Theocr. Adon. p. 401. B. Schaef. p. 388.

αἶδε ὑμῖν] ὑμῖν vulgo om. ex Urs. et Amyot. revoc. Moll. Sic etiam A B.

περιβαλών] mrg. Par. III. περιλαβών.

CAP. XXX.

διηγγέλλοντο] Sic scripsit Vill. e Parr. I. II. quibuscum consentire videntur A B. Vulg. διηγγ.

τὸν Λάμωνα] Articulum vulgo omissum restituit Cour. ex AB.

ἢ μὴν δὴ] Sic Urs. Parr. I. II. AB. Brunck. Cour. Vulgo *ἢ μὴν οὖν*.

τὰς βοῦς] Receperunt Schaef. et Cour. ex Urs. et A. et probat Brunck. Ceteri *τοὺς β.* — Eustath. ad Il. I. 154. p. 53. 23. Bas. *τὰς βοῦς δὲ θηλυκῶς Ἴωνές φασι, καθὰ καὶ ἀλλαχοῦ ῥηθήσεται. ἤδη δὲ καὶ Ἀττικοί, ὥσπερ καὶ τὰς ὄϊς καὶ τὰς ἵππους καὶ τὰς ἡμιόνους καὶ τὰς κύνας.* Ita intelligendus Thom. Mag. p. 169. *ἡ βοῦς, οὐχ ὁ βοῦς* [p. 159. ed. Lips. ubi vide]. Similis variatio in Diod. S. t. I. p. 324. 82. Cf. *Brunck.* Lectt. in Anal. p. 103. SCHAEF. pag. 389. Adde *Verheyk.* ad Anton. Lib. c. 7. *Ernest.* ad Callim. D. 17. Pall. 2. *Bernard.* ad Nonn. t. II. p. 322. BOISS.

τριβόλοις] Hoc pro *τριβίοις*, quod in omn. aliis edd., in textum recepit Dutens. ex Iungermani emendatione, quam confirmat cod. A., qua lectione Cour. non contentus coniecit *τριβείοις*, cuius vocis nulla tamen addidit exempla. Schaeferus ad Greg. Cor. p. 1037. *τριβολίοις*. — *τρίβολος* autem, quod et latine dicitur *tribula* et *tribulum* est vehiculum, quo maturae fruges in area terebantur et e spicis excutiebantur grana. De hoc Iungerm. videndos monet Nonium et Isidor. ult. Orig. 14, Varron. de L. L. IV. et l. I. de re rustica c. 22. Caton. de re rust. c. 135. Sic Colum. l. II. de re rust. c. 21: *at si competit, ut in area teratur frumentum, nihil dubium est, quin equis melius, quam bobus ea res conficiatur; at si pauca iuga sunt, adiicere tribulam et traham possis, quae res utraque culmos facillime comminuit.* Et Varr. de R. R. l. I. c. 52: *e spicis in aream excuti grana, quod fit apud alios iumentis iunctis ac tribulo; id fit e tabula lapidibus aut ferro exasperata, quae imposito auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, ut discutiat e spica grana* etc. Plin. l. VIII. c. 39. a Moll. laudatus: *messis tribulis in area exteritur.* Callimach. H. in Cer. c. 20. a Iungerm. laudatus:

Κάλλιον, ὡς καλάμην τε καὶ ἱερὰ δράγματα πρᾶτα
Ἀσταχύων ἀπέκοψε καὶ ἐν βόας ἧκε πατῆσαι,
Ἁνίκα Τριπτόλεμος ἀγαθὰν ἐδιδάσκετο τέχναν.

ad quem locum Graevius monet, et ab Hebraeis boves in triturando adhibitos fuisse, cum sit haec lex Mosis trituranti bovi os non obligabis. Idem Iungerm. observat in Glossis graecolatinis, ubi legitur *τρίβολος, ἄκανθα,* pro tribes legendum traha vel trahea, quoniam Virgil. (Georg. I. v. 164. [ubi v. Voss.]) et

Columella tribula traheasque soleant coniungere. Idem adiungit illa Bellonii l. Observ. 64. de Epirotis rusticis: *collecta messe, frumentum triturant, haud flagellis, ut apud nos, sed bobus, quemadmodum per universam Graeciam; idque facientes, asseres Chalcedonio lapide munitos post se trahunt, ut stramina et paleas confringant.* Extat haec vox observ. Moll. in II. Samuelis l. c. 12. v. 31. τὸν λαὸν ἔθηκεν ἐν τῷ πρίονι καὶ ἐν τοῖς τριβόλοις τοῖς σιδηροῖς καὶ ὑποτομεῦσι τοῖς σιδηροῖς. Adde eamdem occurrere et in Genes. c. 3. v. 19. Osea c. 10. v. 8. ubi ἄκανθαι καὶ τρίβολοι consociantur, ut et in Epistol. ad Hebr. c. 6. v. 8. Cf. Dioscor. l. IV. c. 15. etc. Ut autem apud Latinos e *tribulus*, quod est spinae genus cum lappis coniunctum apud Virg. Georg. l. I. v. 153. derivatur *tribulum*, quod cum trahea coniunctum apud eumd. ibid. Virgil. v. 164. est instrumentum, quo maturae fruges in area teruntur: sic et apud Graecos, quorum linguae eadem analogia, τρίβολος et illam plantam et hoc triturantium significat vehiculum. VILL. p. 220 sqq.

κατειργάζετο] Imperf. pro aor. recepit Schaef. ex Urs., quocum faciunt AB. Sic etiam Brunck.

κριθία] Villois. κριθίδια coniec. At v. *Passow.* ad Long. Praef. p. LXXVII.

ὀλιγώτερα] Huius comparativi formae, qua editorum neminem offensum esse miror, nulla in libris Grammaticis fit mentio. Passow. in Lex.: *Die regelmässige Form ὀλιγώτερος scheint gar nicht vorzukommen*; quod igitur ex hoc loco corrigendum erit.

μᾶλλον δ' ἔτι] Sic A. Cour. μ. δέ τι, in quod Schaeferus vulgatum δέ τοι, quod etiam in Vill. editione est, (unde corrigenda v. lectio textui subiecta) mutavit, exhibet B.

συντετράφθαι — δυναμένῃ] Vulgo, Parr. et un. Urs.: συντέθραπται γὰρ ἀλλήλοις κἂν τῷ νέμειν συνῆπται φιλία ῥαδ. λυθ. μὴ δυναμένη. φιλίᾳ est in alt. Urs. Flor. et, ut videtur in AB, in quibus posterioribus libris fort. etiam δυναμένῃ, συντετράφθαι et συνῆφθαι, pro eo quod in omnibus est codd. συντέθραπται (συντέτ. AB.) et συνῆπται, iam Huet. et Valck. repererunt, qui praeterea φιλίαν — μὴ δυναμένην legunt. Primus Schaef. sic edidit hoc enunciatum, quemadmodum in hac editione legitur. Vill. qui, nescio qua de causa, ἀλλήλους scripserit, iure a Brunck. perstringitur.

ὡς καθεύδειν καὶ μετ' ἀλλ.] Brunck. καὶ eiiciens, quemadmo-

dum est in A., et Cour. καὶ in γὲ mutans errant. Prorsus sic nostrates: *Sie hätten ja das Alter auch bei einander schlafen zu können.* Sic καὶ sexcenties usurpatur. Cf. *Reinhold. Klotz.* Quaestt. Critt. p. 34 sqq.

οἷα τοῦ πεῖσαι κ. τ. ἑ.] A: ἡ μὲν (l. ὁ μὲν ut bene emendat Cour.) ταῦτα καὶ ἔτι πλείω ἔλεγεν, οἷα τοῦ πεῖσαι λέγων ἆθλον ἔχων τρισχιλίας. auctore Cour. V. G. p. 275., cuius viri sententiae vereor ut quisquam accedat haec adnotantis: „leçon qui fait une phrase fort jolie et ne peut être l'ouvrage d'un copiste. Il paroît au contraire que les autres copistes ont supprimé λέγων, comme une variante δ' ἔχων, ce qui est arrivé ailleurs.

οὐδ' ὥς] Urs. Parr. I. III: οὐδ' ὅλως.

CAP. XXXI.

ὁ Πᾶν ὑμᾶς] Parr. I. II: ὁ Π. ἡμᾶς.

σπεύδω - τὸν γάμον] Sic l. IV. c. 7: σπεύδων τὸν γάμον. Supra l. III. c. 25. cum praepos. σπεύδουσα πρὸς τὸν γάμον. Recte Moll. confert et hoc Homeri Od. T. v. 137.

Οἱ δὲ γάμον σπεύδουσιν, ἐγὼ δὲ δόλους τολυπεύω.

Vill. p. 225.

ἐγὼ δὲ σπεύδω —— προσλαβεῖν] A: σπ. μ. κ. αὐτ. τὸν γάμον τοῦτον .... ἂν μ ... νοίκην εἰ μὴ γέροντες ὢν ἤδη κ. χ. ε. τ. ἐ. δ. π., ὡς μὴ καὶ τὸν ὑ. B om. ἤδη. Cour. partim huius libri secutus vestigia partim coniectura totum locum sic constituit, quemadmodum indicatum est in var. lect. Graecis subiecta. Qua ratione si locus in uno legeretur libro conformatus, nemo facile quicquam reperiret quod posset vituperare; ac iure propterea a Iacobsio probata est. At vero quum nimium recedat a libror. lectione haee emendatio, ea non tam certa mihi videbatur esse ut iure in verbis collocari posset, praesertim quum vulgata possit defendi. Est elliptica oratio. Dryas enim a Lamone rogatus, ut filium cum Chloë matrimonium inire sineret, recusat eius preces hanc causam praetexens: heri potius non sui ipsius consensum esse necessarium. *Iam diu enim se*, inquit, *maturasse nuptias*; rei causam subiungens pergit: *Insanus enim essem* (nim. si id non facerem), *cum senex paene sim auxilioque sane egens. Inde consequitur ut vos etiam mihi libenter adiungam.* Postrema autem verba ita conformavit, quasi Lamon ea

de re dubitaret, dixitque *quidni vestram etiam domum mihi adiungam.* German. *Ich betreibe auch selbst die Heirath, (denn ich wäre ja ein Thor), indem ich alt bin und eine Hand mehr zu den Geschäften brauche, so dass ich auch euer Haus nicht gern mit mir verbinden sollte?* vel nostrae linguae convenientius: *warum sollte ich nicht gern auch euer Haus mit mir verbinden?* Aliqua ex parte similis huic loco est ille Heliodor. I. VII. c. 4. p. 259. Cor. μὴ γὰρ οὕτω τὰ μεγάλου βασιλέως ἀσθενήσειεν, ὡς, εἰ καὶ τὸν σατράπην ἀπεῖναι συμβαίνει, μὴ διὰ τῶν λειψάνων γοῦν τῆς ἐνταῦθα στρατιᾶς ἅπαντας ὑμᾶς σαγηνευθῆναι. Schaef. coniecit μὴ — προσλαβών. Coraes γέρων τε ὢν probante Chardonio Mél. t. II. p. 104. quemadmodum Cour. Vox ἡμιγέρων ex hoc tantum loco in Lexicis, quod sciam est enotata, et habet ea paullulum offensionis. De ea Schaef. p. 389: „ἡμιγέρων] Frustra quaeras in Lexicis. Paul. Silent. X. ex Salmasii emend.: Βόστρυχον ἡμιγέροντα τί μέμφεαι.“ Corais mutatio multam habet commendationis ex cod. A scriptura: γέροντες ὤν. Formulam καὶ γὰρ ἂν μαινοίμην similiter usurpatam reperies in Demosth. prooem. 1453, 1. ἐγὼ δ' οὐ χείρους ὑμᾶς ἡγοῦμαι φύσει Θηβαίων, καὶ γὰρ ἂν μαινοίμην, ἀλλὰ ἀπαρασκευοτέρους.

ὡς ἀδελφοί] ὡς cum Cour. recipiendum erat ex AB —— Koen. ad Greg. Cor. p. 153. [p. 331. Sch.] hic excidisse putat ὡς quod in textum rec. Dutens. Sed Cuper. Obss. l. I. c. 8. p. 68. vulgatam lectionem tuetur vel Ach. Tat. l. VIII. p. 473. Salm. ἀποδημήσαντες γεγόναμεν ἀλλήλων ἀδελφοί. [V. supra ad l. III. c. 4.] Recte Boden. confert Aristoph. Plut. v. 295:

τράγοι δ' ἀκρατιεῖσθε

i. e. *tanquam hirci lascivite;* ad quem l. notat Schol. omitti ὡς. Vill. p. 226 sq.

CAP. XXXII.

βαδίζων] Seqq. usque ad cap. 8. l. IV. in cod. A desiderantur una plagula e libro evulsa.

μαδώσῃ] Male Iungerm. vertit *putidae.* Recte Moll. *depili* et Amyot *pelée.* Nam ut vere observaverunt Ruhnken. ad Tim. v. μυδᾶν p. 132. et Koen. ad Gregor. Cor. p. 264 sq. [560 sq.] post schol. Arist. Plut. v. 266. ubi vides πρεσβύτην μαδῶντα, μυδᾶν quidem de putredine, quae foetorem emittit, μαδᾶν vero

de pilorum defluvio fere semper usurpatur. Hinc Hesych. μαδᾷ, ἐκρεῖ, et μαδαρός, ἀραιόθριξ, ψεδνός. et μαδίσας, τὰς τρίχας ἀποβαλών. Et Μάδος, τὸ ψίλωθρον. Suid. μαδῶντα, φαλακρόν, καθόλου τρίχας μὴ ἔχοντα. VILL. p. 227 sq.

ὅσον] Sic correxit Iungerm. vulgatum ὅσων.

ἐὰν ταῦτα οὕτως] Sic omn. libri. Schaef. et Cour. quae in verbis posuerunt, ille de suo, hic cum Coraë et Iacobs. Amyot. secutus, qui vertit: *o Pan et vous Nymphes, veuillez qu'il soit ainsi*, nullo leguntur in libro. V. *Schaef.* ad Melett. p. 48. ad Gregor. Cor. p. 152 s. ad Demosth. t. III. p. 349. t. IV. p. 367. *Sintenis.* ad Plutarch. Them. p. 209. *C. Iacobitz.* ad Luciani Catapl. c. 2. Lucian. Hermot. c. 18. ἢ τούτων ὀλίγου σοι μέλει, ἄχρις ἂν εὐσταλὴς ἡ ἀναβολὴ καὶ ὁ πώγων βαθὺς καὶ ἐν χρῷ ἡ κουρά; Eumath. p. 54. Teuch. ἂν Θέτιδος γάμος, ἂν Ἥρα περὶ τὸν γάμον etc. Frequentissima haec ellipsis apud infimae aetatis scriptores. Nicet. Eug. IV, 275. V. 79. 80. et saepius.

τάχα οὗτος] Sic Urs. Par. III. et fort. B. Recepit Moll. Ceteri codd. et vulg. τάχα οὕτως.

μετέωρον πρὸς τὴν ἀκοήν] Cf. *Bergl.* ad Alciphr. l. II. ep. 4. p. 251. Charit. l. III. p. 59. μετέωρος πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν γενόμενος καὶ ἀναρτήσας ἑαυτὸν τῆς ἀκροάσεως. Sic loquitur Lucian. in Iov. Trag. t. II. p. 646. [c. 4.] ubi v. *Reitz.* [p. 567. ed. Lehm.] VILL. p. 229.

θύσειν] Iure haec Elsneri ad Nov. T. t. I. p. 100. prolata correctio est recepta a Schaef. et Cour. Omn. codd. et edd. θήσειν.

CAP. XXXIII.

πολλαὶ μὲν ἀχράδες κ. τ. ἑ.] Iungerm. confert Theocr. Id. VII. v. 143 sq.

> Πάντ' ὦσδεν θέρεος μάλα πίονος, ὦσδε δ' ὀπώρης.
> Ὄχναι μὲν πάρ ποσσί, παρὰ πλευρῇσι δὲ μᾶλα
> Δαψιλέως ἄμμιν ἐκυλίνδετο· τοὶ δ' ἐκέχυντο
> Ὄρπακες βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔρασδε.

τὰ ἐπὶ τῆς γῆς] τῆς restituit Vill. Par. II: ἐπὶ τῆς omisso γῆς. Cour. de cod. Rom. nihil adnotavit.

εἶχεν] Vulgo: εἶχον. Correxit Moll.

ἐπέπεπτο] Haec Schaeferi mutatio ceteris propius ad vulgat. et Parr. lectionem ἐπέκειτο accedit. ἐπέθετο, quod Vill. re-

